



**Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad
Perfectionem per Exercitia Spiritualia**

Vatier, Antoine

Dilingæ, 1689

Secunda Dies Exercitiorum. Occupationes secundæ Diei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](#)

SECVNDA DIES
EXERCITIORUM.

Occupationes secundæ Dici.

DISSERTATIO.

De gravitate peccati.

- I. Meditatio. De peccatis Angelorum, Adami,
& quocunque alio.
II. De peccatis propriis.
III. De Inferno.

Quodsi quatuor placet Meditationes insti-
tuere, tunc vel tertiam bis oportebit fa-
cere, vel tertio loco primam & secundam repe-
tere, institutis tribus Colloquiis, secundum S.
Ignatij præscriptum, & quartò dein loco de In-
ferno meditari.

Ex Libello Exercitiorum leges Examen par-
ticulare, cum quatuor suis Additionibus, Exa-
men generale Conscientiæ, modumque illud
ritè faciendi: & illa denique, quæ ibi de usa
Confessionis generalis, & Communionis ha-
bentur.

H 3

Ex

118 — II. Dies Exercitiorum.
Ex Thoma Kempensi. Pro I. Meditation
Cap. 21. lib. 1.
Pro II. Cap. 22. lib. 1. Cap. 5. l. 2. &
Cap. 7. lib. 4.
Pro III. Cap. 24. lib. 1.

VIII. ANNOTATIO.

Finis primæ Hebdomadis.
Anima, quæ vult perfici &c.

IX. ANNOTATIO.
Ordo primæ Hebdomadis.
Prima Meditatio erit &c.

Secunda Veritas
Explicata in Meditatione de Peccato An
lorum, Adami, & quovis alio.

Quisquis peccat graviter, aeternam sal
sua jacturam facit, nisi DEUS peculiari q
dam Clementiam, auxilietur perditio.

Primum Punctum, quod est de Peccato
gelorum, numerum ostendit incredibilem Parti
bilissimorum Spirituum, creatorum à DE
RUM
quos in pœnam primi eorundem peccati, quan
dex DEUS, non expectatā diu Pœnitentia, noce
quasi momentō in Infernum præcipitavit, in o
neque intellexissent adhuc miseri, quàm tam,
midabile sit & horrendum illud supplicium e

quō errorem suum deberent luere. Perijt autem hæc tota prævaricatorum spirituum collectio, ita pari contra omnes Divinæ ultionis efficaciam, ut indultum sit omnino nemini.

Secundum, quod est de peccato Adami, se veritatem explicat Divinæ Justitiæ, punientis in tot hominum millionibus unicum unius erorem: propter unam enim Adami inobedientiam castigat ulti DEUS numerum parvolorum infinitum, quibus ne quidem uti ratione aliquando licuit. Sed &, quidquid calamitatem hæc vita habet, Divinæ Justitiæ rigorem nobis exhibet; illud præsertim si expendatur attentius, quod originalem illam noxam, condonatam nobis, & quoad culpæ fecunditatem, Divini Sanguinis lavacro extinctam, tam acerbè tamen adhuc castiget DEVS. Quis ergo sanus impunitatem peccatis suis spondere potest, qui bus justitiam offendit tam Zelosam?

Tertium, quod est de peccato quocunque particulari, docet, DEUM in peccatore tam parum attendere ad Sanctitatem, quam perdidit, quām parū illam animæ nobilitatem & intentiā, innocentiam, quā, qui peccant, excidunt. Cū in omni hominum genere (sive sæcularem vietavit, sive Religiosas familias, sive alios Ecclesiasticos consecratos ministros consideres) passim

occurrant mentes sanctissimæ, quæ sensim in DEI obsequio deficientes, salutem demum suam irreparabili jacturâ perdidérunt; quod vel unicò se peccatô graviore, aut certè paucissimi inquinaverint. Et ista tandem sunt, quæ evidenter faciunt secundum hoc principium, quod, quicunque peccat graviter, æternum periturus sit, nam magnam DEUS, & quodammodo singulare cum misero clementiam velit exercere. Neque enim pepercit Angelis Justitia, neque hominum, propè dixerim, innocentium infinitam multitudini, neque illis demum animabiles quas, cum innocentes essent, tam blandè amavit DEUS.

Meditatio.

De Peccato Angelorum, Adami, &
quocunque aliò.

Oratio præparatoria ordinaria.

I. PRÆLUDIUM. Pone tibi ob oculos mundudinem Angelorum infinitam, pleno impetu ex summo cœlorum fastigiō in abyssum infernalem ruentium, qui omnes, velut ignitidam titiones, ardenter DEI iram post se intras detrahant, quâ in peccatorum enormous vindictam totus orbis incipiat flagrare.

II. PRÆLUDIUM. Eam supplex postula-

gat

gratiam; quā illustratus, rigorem Divinæ Ju-
stitiae, aliorum peccata castigantis, ita intelligas,
ut in proprietorum errorum tuorum considera-
tione salutari pudore confundaris, & percellaris
timore.

I. PUNCTUM.

De Peccato Angelorum,

Consideranda.

Angeli creati eo fine, ut beati essent, & idcirco
ornati rarissimis gratiæ & naturæ dotibus, hoc
habeant in mandatis, ut in re quapiam DEO
Creatori suo demissè obsequerentur, se séque
subijcerent. Quod quidem justissimum Fa-
toris sui imperium pars Angelorum maxima
continuò executa est. Quia tamen refractarij
fuere non pauci, quibus displicebat justissima
DEI postulatio, ideo vindicem contra rebelles
hos spiritus justitiam ita sine ulla cunctatione
exercuit, ut momentò omnibus gratiæ suæ or-
namentis exutos, in inferorum ignes præcipi-
taverit, felicissimâ illâ Beatorum patriâ æter-
num futuros extores. Reliquos verò, quos
Divino imperio suo obedientes reperit, Libera-
lissimus Remunerator, gloriæ nunquam dein-
cepit amittendæ præmio beavit.

H s

Af

Affectus.

1. Quanta, mi DEUS , Angelorum ad eternam infelicitatem damnatorum multitudine! jaetum irreparabilem! ô inexorabilem Divinæ Sententiæ severitatem! Ergo neque nobilitas, neque multitudo precantium inflabit Justitiae rigorem! ita plectit, quos, & quantos conque reos invenit ! 2. At, qui verò fit , ut cuncties idem mererer supplicium , nunquam cùm haec tenus simili cum alijs pœna multam sim? Quæ Bonitas illa est , quæ in vindicta quam tot offendis meritus sum , locum novis eosq; novis identidem favoribus immerentem simulat ! Parùm abest, quin, si cum unico Angelorum comparer, nihil esse videar , sive naturæ virtutis sive gratiæ intuearis ornamenta ; & ecce tam ad cunctis ineffabilis DEI clementia pepercit mihi , eis timutam nobiles Spiritus æterna infelicitate iusti in terminè damnaret. 3. O Bonitas infinita, amantissime ! 4. O ut in Lacrymas , tuo, mi DEUS , omninem totus difflam, in lacrymas ingenuæ vices cunditæ & doloris justissimi de te offenso ! 5. Terrificulosus nimiùm gloriæ & honorum arbor quæ studiosè te ut caveam, necesse est ! 6. Recusandum est operæ, ut in ipso tuî initio perireceris ! 6. Plus ego miser tibi , mi , DEI Invicibilis debeo, quæ ex infelici illâ rebellium Angelus n

rum turbâ aliquis, quem ex æternis etiam ignibus eximeres. Ah quām acerbè in sese plectere hic talis errorem suum! Ecquid ergo mihi ut peccata mea in me vindicem, agendum erit?

II. PUNCTUM.

De Peccato Adami.

Consideranda.

Postquam creâisset DEUS Adamum & Evam, cōsque naturalium & supernaturalium Bonorum nobili apparatu exornâisset, ut favorum tam frequentium potente præsidio, in amabilis vita tranquillitate gloriam illam mererentur, eam ad cuius felicissimam possessionem, tanquam ultimum finem suum, creati fuerant, posuit illos in terrestri Paradiso, pollicitus, non in illos tantum primos humani generis parentes, sed in omnem deinceps posteritatem, Divinos se favores suos perrecturum effundere, nunquam interrupto fluxu; modò imperium illud suum, de arbore scientiæ boni & mali non comedendi, sancte observare vellent, & hac subjectione perennem humano generi felicitatem mereri. De Invidit hanc Dæmon beatissimis tunc parentibus nostris felicitatem, eamque ut everteret, sa-

cri-

crilegam prohibiti fructus comedionem su-
dere cœpit. Decepit Eum serpentis ope,
blandis Evæ sermonibus etiam uxorium me-
ritum irretivit, mendax illud utriusque promi-
sum ingerens, quos Dijs futuros similes, bo-
malique, plus quam humanâ scientiâ, asseru-
Nec mora, quam malè creduli conjuges
traxerunt noxam, eam sua illico vindex pa-
cepit. Extincta est in misericordiis parentibus,
in omni deinceps prole amicabilis illa, &
cœli hæredes fecit, DEI gratia, facultatum
turalium grandis hanc jacturam sequuta re-
lio; Ipsi Paradiso expulsi, capitis damnati,
lamitatum denique, quas in hac vita expe-
mur, dominatui, & quæ nobis omnibus
superior, funestissimæ peccati Tyrannidi in-
jecti. Et has miseras subimus, quotquot ha-
mi sumus posteri, quantumvis Sancti Ba-
matis beneficio remissum nobis sit, quoad
pam, originarium illud peccatum; quod
dem multis millionibus parvolorum, quibus
vini Sanguinis pretium per Sacramentum re-
nerationis non est applicatum, eò usque
noxiū, ut idcirco æternū Beatorum pa-
tientiam bellum
aliq
tam
bell

Affectus.

1. Quis satis intelliget, quo Bonus D

1. Meditatio. De Peccato Angelorum &c. 125
odio persequatur peccatum! quis capiet, quām
terribilis DBI indignantis furor sit! En ut ca-
stigat fragilem Adamum, cādem ad offensā
vindictam promptitudine, quā prævaricato-
rem Angelum damnavit, quin imò severiore in
hominem usus est sententia, cūm ob unicum
patris delictum, tot filiorum millia plectan-
tur, quibus neque notum aliquando esse po-
tuit, quid sit peccare. 2. Miserabiles Adæ
Filij, quā cæcitate in peccata ruitis? Ut quid
sola castigati primi parentis vestri recordatio
terrorem vobis non iniicit? 3. Et quid de
me tandem fiet, tot peccatorum reō, de me,
inquam, misero, qui Eundem criminum meo-
rum habiturus sum judicem? 4. Gratias tibi
infinitas, Infinita Bonitas, quod hucusque susti-
nueris ingratum. 5. Desidero animitus, & pro-
pono etiam decreto animi mei, quo possum, fir-
missimo, amplecti, & exequi integrimè,
quidquid ad placandam justissimam indignati-
onem tuam cognovero necessarium. 6. Fuge,
Anima mea, fuge omne, qualecunque illud
fuerit, peccatum; neque enim leve potest esse
aliquid, ob quod tantæ majestati displices. Tan-
tam calamitatum seriem induxit in orbem re-
bellis tactus vetitæ unius arboris, & impunè ti-
bi abiturum putas aliquid, postquam error pri-
mi

mi parentis nostri unicus, in tanta parvolorum
multitudine castigatur, quorum nullus adhuc
nōsse potuit, quid monstri sit, peccāsse.

III. Punctum.**De Peccato alio quocunque.***Consideranda.*

Non desunt, qui, cùm à Divina Bonitate
coelestibus donis ad omnium virtutum nobis
præsidium liberalissimè essent ornati, tam
tantis favoribus affecti, & sanctis Divini Spiri-
tūs instinctibus segniūs respondentes, ulterius
divinarum ejusmodi gratiarum fluxu penitentie
indignos se reddiderunt. Unde cò tandem su-
prolapsi, ut peculiari hoc Divinæ Manūs prae-
dio destituti, ex statu animi felicissimo in et-
eralem quandam segnitiem, deficiente semper
virtutis studio, deciderint. Exempla si lu-
tam pudendi casus intueri, Historias omnis-
tatis consule, & numerum bene magnum
omni hominum & Statuum genere reperies.
quis tandem est, qui fateri nolit, multos, justi-
mo DEI judicio, ad æternos ignes damnari,
neque roties, neque tam gravibus offendit
supplicium sint meriti, quam ipse, conscientia
suâ teste & accusatrice, illud commeruerit.

Nunquid aut certum omnino, aut vero certè simillimum putas, multos in æternum à Cælo in exilium proscriptos, qui non nisi unâ graviore noxâ se obstrinxerint? Quot & quanti sunt, qui ardebunt in ultrice illa flamma, ut luxuriam luant, quot ut crudelitatem, quot ut avaritiam, quot ut turpem ventris ingluviem?

Affectus.

1. Eia disce, ô anime mi, quâm enormis peccati sit turpitudo, & hanc ex supplicij, quod meretur, atrocitate metire. Adora sanctissimam DEI tui Iustitiam, quæ infinitæ bonitatis offensam pænâ non nisi infinitâ vult plectere. 2. Sed & tuam, ô DEUS Clementissime, admiror & adoro providentiam, tam suavem, tam mansuetam erga me, ut tanto tempore sustinere velles, tot gravibus debitibus sese identidem implicarem. Quid vidisti in me misero, quod non irritaret contra me justissimam indignationem tuam, quid aliud, quâm illud ipsum, in cuius pænam substraxisti tot auxiliatricem manum tuam? Ah quid fururum esset jam nunc de me misero, nisi indulterior fuisses erga me, quâm ergo infelices illos. Quantas ergo grates ego tibi debeo, ô charitas inexhausta, ô insuperabilis patientia, ô incom-

comprehensibilis misericordia! quod tolerat
me & expectare, quin & Divinis tuis beneficiis
ingratum fovere nunquam desticeris? Quis
amoris, quid obsequiorum tantæ bonitatis
debeo? 4. Tu vero, o anima mea, cave, se-
nis deinceps aliquando ut sis, cave parum que-
esse judices, Divinis nutibus, utcumque le-
videantur a te exigere, adversari. Nihil
proclivius, quam lethali etiam noxiam men-
inquinare, si Protector DEUS paternam
num ab infirmo homine subtrahit. Id quod
si quis audet post tam liberales a Cælo gratia
parum abest, quin de salute ejus jam con-
matum sit. 5. Illa proinde non negligi,
ab implendis integrè DEI Creatoris tui vol-
tatibus te avertunt. Reijce constanter, q[uod]
quid initium aliquod ruinæ tuæ dare posse
6. Id ut a quo salutis meæ studiò agam, p[er]t[inent] cognitum
tricem Divinam Gratiam supplex, o mihi Deum
imploro.

Colloquium instituam cum Christo in
ce fixo. Rogans in primis, quid cause sit,
tanta pro me pari, & tanta itidem a me
rare voluerit & potuerit? Dein ad me con-
sus increpabo socordem mollitiem meam
nihil etiamnum in Salvatoris mei gratia
stinui opere. Denique offeram me,

I. Meditatio. De Peccato Angelorum &c. 129

planda peccata mea, ad respondendum sanctissimo Salvatoris mei amori: & concludam meditationem dicto Pater & Ave &c.

Compendium Meditationis

De Peccato Angelorum.

Oratio preparatoria.

I. PRÆLUDIUM. Videre apostatas Angelos præcipitos è cælo in infernum, tanquam ignitos quosdam titiones.

II. PRÆLUDIUM. Petere gratiam, ad cognoscendum, quām severè à DEO peccatum grave castigetur, ut salutari inde verecundia ob peccata mea propria suffundar.

I. PUNCTUM. Quamvis omnes Angeli hoc fine creati fuerint, ut beati essent, quidam tamen contra Creatorem suum rebelles sine nulla ad pænitendum mora in æternos ignes præcipiti sunt. Reliqui Divinæ voluntati obsecundantes, æternam beatitudinem in obdientiæ sua præmium acceperunt.

II. PUNCTUM. DEUS Adamum & Evi secens creatos, & magnis è cælo dotibus instructos, posuit in paradyso, hoc unum illis imperans, de fructu arboris scientiæ boni & mali ne comederent, quod tamen Præceptum

I

re-

refractarius uterque , vetita comeditione viola-
runt. Unde facta Divinæ Gratiæ jacturâ , &
sibi & omni posteritati noxiâ , ejus & i sunt è Pa-
radiso , & omni generi calamitatum subjecti
quas miseri hodiéque experimur , & plang-
mus.

III. PUNCTUM. Multi post ingentes
Divina manu acceptos favores , ut hi pote-
non darentur , socordiâ suâ effecerunt , atque
exitio suo fecerunt initium , ut tandem penitus
salutis suæ jacturam fecerint. Quanti sunt
Inferno , qui vindices illos ignes tot peccato-
non sunt meriti , quot ego &c.

Colloquium cum Christo Crucifixo , ex di-
bendo illi tam beneficia , quæ accepi , quo fusione
errores meos , quibus ingratus offendit tantum quo-
Redemptorem , spondendo item emendat accu-
nem , & flagitando Divinam ipsius opem . quid
Sa

Observanda.

Pro Meditatione de Peccatis propria- tiato

Quamvis is , qui facit exercitia , in videntia
jam profectum aliquem fecerit , & tanquam
qui longò jam tempore vixerit , non raro duratur
ritualibus his exhortationibus animum cebri-
luerit , corsultum tamen nihilominus videtur.

ut in Meditatione de Peccatis proprijs tantisper
immoretur; dum consideret, quibus in rebus
erraverit, antequam se DEO plenè commi-
fisset. Satis ego quidem intelligo, Religio-
sum ejusmodi animum ita nunc esse compa-
ratum, ut remotissimus sit ab omni eo, quod
à DEO posset avertire, & quod, si quid etra-
tum subinde fuit, integerrimè jam nunc illud
expiatum sit; quod denique necesse nullò mo-
dò sit, tantum huic negotio temporis impendi,
quantum opus esset insumi, si mens à noxio
ad terrena affectu nondum esset libera. at non
idecirco suaserim, omnem de Peccatis ejusmo-
do, ex di cogitationem ut deponas. Solùm ut con-
sideres, quid fusò quodam modò, indigestò quasi cumulò
i tanto quodam omnia ut consideres, auctor sum*, si
hendat accuratior singulorum expensio obesset ali-
quid.

Sanè quidem Divinus ipse Spiritus ita nos
edocet, ne sine metu omnino simus de propi-
tato Peccato, & Regius Propheta suo nos ex-
empli instruit, plecti adhuc debere etiam con-
in vindictas jam offensas, & sanctam ejusmodi con-
anquera se vindictam ad ipsam usque mortem per-
rardurare, & hanc Regis optimi doctrinam ex ce-
sum cœbrioribus sanctis non pauci studiosè sectati
sunt. Adde, quod ea sit trium ad Perfectio-

nem viarum ratio, ut Purgativam ab Illuminativa & Unitiva planè separari non sit integrum, cùm nulla sit anima, quamdiu in hoc quidem Mundo degimus, quæ tantum in suâ cum DEO conjunctione profecerit, ut in ipsa actuali nostra cum DEO unione ejusmodi favores datus non recipiat, qui ad purgandam animam pertinent: ita nimis DEO se nobis communicante, ut, cùm unitur nobis, purgetur ei, quam purgat, menti. Et quis tandem est, qui persuadere sibi audeat, se ad illud uitatis altissimæ fastigium jam evassisse, ex in peccatorum suorum tetram illam Absum descendere non sit opus: maximè si etum illud S. Theresia negligere non velite, in arctissima cum DEO unione locum patitis suis in inferno paratum se cognovisse di-

Tertia Veritas.

Explicata in Meditatione de Peccatis proprijs, & in Meditatione de inferno.

Periculosissem obnoxium me feci infelici, quæ infinitâ quadam malorum serie fudabilis est.

Primum punctum Meditationis de Peccatis proprijs graviores illas offensas, quibus De-

offendimus, nobis exhibet. In reliquis pun-
ctis ipsam ejusmodi delictorum atrocitatem
licebit intueri. Secundum enim errores illos
nostros infinitis DEI Perfectionibus opponit,
& ostendit, quantum supremo, quod DEUS
in nos habet, Dominio adversentur. Ter-
tium cum infinita DEI Majestate, quam of-
fendimus, nihilum a Iudicium tenuissimum naturæ
nostræ componit. Potremus denique docet,
etiam Creaturas, quotquot illæ sunt, Peccatis
nostris offensas esse. Unde concluditur Pecca-
torum enormitas quædam intolerabilis, ut
pote quæ fiunt ab homine, quô vilius & abje-
ctius nihil est, & infinitis DEI perfectionibus,
atque una cum ipsis etiam creaturis infes-
ta & adversa sunt. Et si quidem Peccata, quæ
patravimus, lethifera sunt, manifestum est,
quod infeliciſſimè æternæ damnationis pericu-
lo nos exposuerimus: cùm unicum ejusmodi
delictum, sufficiens DEO causa sit, ad æternos
ignes nos damnandi. Quod si verò tantis mu-
niti sumus à DEO præsidij, ut gravius con-
tra illum nihil deliquerimus; at certè leviora
non deerunt, quorum deliberatâ mente com-
missorum testis conscientia nos accusabit. Et
neque tune dubio locus esse potest, quin peri-
culum idcirco adiérimus, infelicitatis planè

formidandæ , cùm veniale etiam Peccatum factum ex animi ignava inconstantia contumaciam Divinos illos instinctus , quibus vitare illa ja neminem temere possumus , & sicut abundat in gratiarum suarum fluxum ; unde nihil proclivius , quam ut destituti tantis praesidij in mortale aliquod Peccatum prolabamur.

Meditationis ergo de Peccatis proprijs neficij manifestum fit , quod , vel peccatum graviter , aeterna damnationis incurserunt periculum , vel in illud saltum periculum incedimus peccandi graviter , & illud experientia supplicium , quod merentur , qui mente presentissimâ offendunt DEUM. Et quoniam sunt rarissimi , qui haustam in lavacro Reformationis gratiam nunquam deinceps amittunt , candidissimæ semper integritatis cultus ideo , dicamus , convinci nos Meditatione hujus operâ , quod periculo nos aeternis superioribus , certissimo toties exposuerimus , quotiesmodi committimus Peccata , in quorum dictam ultor DEUS tot alios , probiores suis , aeternis ignibus addixit. Innocentes si qui sunt , animi , illud ex hac Meditatione colligent , non obscurè se de salute sua cognoscere possunt , quoniam levius de-

taxat errando , irriūrunt contra se DEUM , ad subtrahendas Auxiliatrices Gratias , quibus destituti , in illa tandem ruerent , quæ Vindex DEI Justitia in tot alijs tam acerbè castigavit.

Meditatio de Inferno , quæ infinitam tormentorum , quibus damnati cruciantur , atrocitatem ponit ob oculos , fateri nos cogit , calamitates illas , quarum manifesto periculo scelesta illa vivendi ratio nos fecit obnoxios , nulla cogitatione satis posse comprehendti ; quandoquidem pænæ illæ , quas incurrissemus indubiè , nisi magna DEI nostri Misericordia nos exemisset miseros , ita quoad affligendi violentiæ universales sunt , ut nulla damnati pars sit , quæ à tormento suo sit eximia ; ita sunt acerbæ , ut quietis & solatij admittant nihil ; ita demum sunt æternum duraturæ , ut interrumpi ne ad momentum quidem possint.

Meditatio

De Peccatis proprijs.

Oratio præparatoria consueta.

I. PRÆLUDIUM. Intuere animam tuam , tot veluti catenis oneratam , tot ulceribus fædissimis per omnes facultates suas , quot Peccatis obfitam.

I 4

II.

II. PRÆLUDIUM. Pete gratiam, ut intell^{is} curgas, quantum adiéris salutis tuæ periculum, cùm peccásti, ut vitam, malè hactenus institutam, dolore serio possis emendare.

I. PUNCTUM.

Quænam fuerint antea&tæ Vitæ nostræ Peccata?

Consideranda:

Repetam memoriâ vitam ad hoc usque momentum anteactam omnem. Et in primis quidem errores illos considerandos mihi sumantur, quos, cùm immoderatius, nec ad Rationis & tæ normam viverem, commisi. Deinde quibus vivendi rationem jam nunc sequar, studebo in 2. Distinguere, & uno velut obtutu intuebor, quæ quo cogitare mens soleat, quid loqui, quid agere, me p^{ro}p^{ri}cipue allubescat, quid desideret voluntas in statu quānam re gaudeat, quid metuat, quō affligitur, quid negotij tandem sit, cui plurimam expendatur temporis. Singillatim autem quem penitius despiciam, 1. Quem modum obsecari Bovem agendi cum Domino DEO meo, eum miserum per omnia Religionis officia, qualia sunt Sal^{ve} Tibi, Etissimum Missæ Sacrificium, Horæ Canonicae, Meditatio, Examen, Lectio &c. 2. Quid sideri

II. Meditatio. De peccatis propriis. 137

intelli- cura sit Religiosorum Votorum, Paupertatis,
m, cùm Castitatis & Obedientiaz, quam Superioribus
tutam & Legibus meis debeo. 3. Quô studiô Vir-
tutes Statui meo proprias confeccer. 4. Quæ
sit ratio agendi cum Proximo, idque tum affe-
ctum animi, tum mores etiam ipsos, & quæ ex-
trinsecus apparet affabilitatem considerando,
cum qua, quæ saluti ejus sunt idonea, obeo.
5. Quid de corporis curâ sit; ubi consideranda,
quæ ad vicetum, vestitum, quietem, laborem, &
ultroneas afflictiones pertinent.

Affectus.

1. Detestari miserabilem, quam deprehen-
dam, vivendi rationem: & illa in primis, qui-
le quibus impudentius Divina Majestas offenditur.
debo in 2. Deplorare infelicitissimum torpore meum,
quoniam in periculum tam formidabile cùm ulro
d age me præcipitasse, nondum tamen sensi, quo
lunta in statu res meæ versarentur. 3. Damnare
affligere execrabilem vitæ meæ exercitatem, tam contra-
rium iam sanctissimæ DEI voluntati, & fini, ad
utem quem creatus sum, beatissimo. Ad hoc ergo,
non oblixi Bone DEVS, tanta Gratiarum tuarum mihi
cum misero affluxit copia, ut tam legniter servirem
Tibi, quin adeo, ut offenderem toties, & mo-
dis tam enoribus Majestatem tuam! 4. De-
siderium placandi offenditum Cratorem meum

secundūm sanctissimam ipsius voluntatem.
 Noli, ô mi DEVS, noli, obsecro, auxiliū
 ces gratias tuas subtrahere misero; neque pe-
 mitte unquam, ut animum ego serviendi Tu-
 perdam aliquando, tot peccatorum territu-
 normi numero. Hoc potius clementissi-
 largire, ut ex fædissima tot criminum conge-
 horrere in primis discam malum illud abom-
 nabile, cui idcirco factus sum obnoxius; tu
 dolorem concipere, pro eo, ac par est, seruum
 efficacem, quod impudens tantæ Majestatis
 plicere non erubuerim: discam & perpetui
 recundiæ ex tanto tam gravium peccatorum
 numero argumentum accipere, & Creatu-
 tandem omnibus animi demissione profun-
 sima me submittere, mentemque spe Divi-
 Misericordia vivacissimâ erigere.

*Consultum erit in hoc puncto tres illos,
 quatuor præcipuos fontes accuratiū inquiri,
 & observare, unde dimanet, quid
 contra integræ Virtutis leges etiamnum quod
 doque peccas.*

II. PUNCTUM.

Peccatorum gravitas ex eo nascitur
 quod contra DEVUM fiant.

Consideranda.

Quotquot hactenus admisi noxas, omnes

sunt indolis, ut Infinitæ DEI Majestati, Perfectioni & Excellentia, omni Honore & Reverentia dignæ, aduersentur. Sunt enim contraria immensæ illius Bonitati, ineffabili item Charitati, quā ab æterno me dilexit, & favoribus munivit, majoribus omni æstimatione, & dignis idcirco, quibus amorem ego omnem, quantus in facultatibus meis esse potest, rependam, & in exhauriendis, quæ Divinæ Voluntati cognoscam esse placita, Vitam omnem, mēque, quantus quantus sum, totum consummem. Peccavi insuper in summam DEI Sapientiam, qua finem mihi statuit præstantissimum, & Medijs munivit efficacissimis, hoc unum à me exicens, ne alium aliquando ad finem tenderem, quām ad eum, ob quem creatus sum, neque de aliis ad finem hanc Medijs circumspicerem, quām quæ ex DEI mei percepissim Municientiā; de reliquo omnia Creatoris mei, Optimi, Maximi permitterem arbitrio & prudenter. Offendi liberalitatem DEI nostri ferè prodigam, quæ id pro merito suo à me expectat, ut ad opes illas æternas, quas promittit, studiosè omnino curem per Vitæ hujus difficultates eluctari. Egi contra Sanctissimam illam Dei nostri Justitiam, quæ severè, pro eo, ac par est, prohibet res caducas cum æternis, finita cum in-

finitis, & Creaturam denique cum Creatori
comparari; & severius adhuc vetat, DEO, cu-
jus toti sumus, reliquo, amores nostros terre-
nis vanitatibus consecrare. Sic ergo dum mal-
tis aliis Infinitæ Majstatis Perfectionibus advo-
catus sum, ita totidem etiam debita neglexi, quæ
jure quodam justissimo & æquissimo ipsius
adeo Naturæ, Creatori obstrictum me tenebat
licet imperium ab eo nullum accepisse, abso-
nendi ab ijs, quæ contra Divinam ejus Volun-
tatem designare haecenius ausus sum. Se-
quod magis me percellere debet: Peccata mea
reum me constituunt violati Supremi Don-
nij, quod Divina Majestas in omnia, quæ or-
complectitur, plenissimo jure utitur, ac
adeo exigere à me potest, quidquid Divino
arbitratui videbitur, datis hunc in finem, quæ
& quantæcunque placebunt, legibus. Hac
go rerum omnium Dominatrix Majestas, quæ
ea omnia vetuerit, quibus ego rebellis in-
tentus affectus meos addixi, causam hoc
jam habuit æquissimam, me obligandi ad co-
tinendos refractarios appetitus, quamvis
nulla accessisset. Quam ergo abominabilis
peccatorum meorum malitia, quæ uno
istu tot DEI mei jura, & hoc præsertim
mum, cæteris omnibus augustius, vobis
Ag

Agnosco sanè infinitam quodammodo improbitatem meam esse, siquidem ad infinitam Divini contra me Juris Amplitudinem eam libebit metiri.

Affectus.

1. Expendam, quid futurum de me fuisset, si DEVS justissimarum Legum suarum sacram legum contemptum vindicare, & me pro meritis plectere voluisse. 2. Reparabo pro vili mea parte, quam toties veluti ludibrio habui, DEI mei honorem; neque ullam esse patientia perfectionum ejus, cuius offensæ veniam mihi non studeam deprecari. Ita enim omnes percurram, ut de singulis, ausu nefario contemptis, ingenuè reum me fatear; detestabor autem errorem meum postea, & ardens emendationis seriæ desiderium, firmissimumque decretem DEO supplex offeram, utique futurum efficax, si adjutrice gratia sua adesse dignabitur reduci. 3. Fatebor, & agnoscam penitus, plenam mei, quam Divinis imperiis debeo, subjectionem. 4. Vah impudentem rebellis principij stultitiam! 5. Ecquid est supplicij, quod non commeritus sim miser? 6. Castigabo igitur errores meos servitute, ad quam jam nunc me offero, integerrimâ, siquidem Divinam è Cælo opem dabitur impetrare.

III. PUN-

III. PUNCTUM.

Peccantis hominis vilitas auget offendæ gravitatem.

Consideranda.

Ecquid tandem sum ego, collatus cum Deo quem offendi toties: si cum tota reliqua hominum massa compater, nihil sum. Quid verum est illa hominum, quanta quanta esse potest? Respublica, si cum Angelis, & omni religio Beatarum mentium choro componatur: tota cœlestis Aula cum omni illo ornamento rum apparatu, quo æternum fulgebit conspicua, quid erit, si cum illa comparetur pulchritudine, quâ vestire illam poterat, si volueret ex a deus? Collige tandem omnes, quæ usque ad hanc ab artifice DEI manu fieri possunt, Creaturae grandibus, & nihil adhuc cogitasti, si ad infinitam Creatoris nostri perfectionem, omnem comparatione superiorem, illas volueris compondere. Jam ad meipsum denique redux, quantum ego similiter igitur disquiram, tantæ DEI in Majestati comparatus: Creatura nempe infirma & miserabilis, plena defectibus ejusmodi quos à DEI mei summa Majestate Divina & æterna opum vis infinita procul facit exulare. Et hinc turpi-

II. Meditatio. De peccatis propriis. 143

nimirum est, quod sicut à benefica ejus manu non nisi optima possunt expectari, ita à me non nisi lordes, & pestilens quædam sanies profluat.

Affectus.

1. Execrabilis superbia, impudentia & temeritas vilissimi terræ filij, qui rebellis tantæ Majestati ausus est se opponere! 2. Petet veniam tam enormous impudentiæ, & agnosce supplicium, quod digna est, & periculum, in quo conjecit improvidum. 3. Promitte debitam immensæ Majestati Reverentiam, & ternum observandam. 4. Sentire stude de teipso, quam potes vilissimè; proscribe omnem ex animo de commodis tuis solitudinem, ac cùmque in id unum totam converte, ut pro eo, ac justum est, Creatori tuo servias.

IV. PUNCTUM.

*Qui DEVM offendit, offendit
& Creaturas.*

Consideranda.

Toties Creaturas offendi, quoties in Facto-
ape infirmi fui injurius. Inprimis enim mihi nocui,
jusmodicum obnoxium me feci jaæturæ felicitatis meæ,
vinari & æternæ Mortis mancipium. Abusus sum
Ethiæurpissimè facultatibus Animæ meæ, & omni illa

illa DEI mecum agentis virtute , ad hoc mi-
concessâ, ut promovendo Divino Honori ser-
viret. Offendi quidquid est porrò Creatura-
rum , cùm illud negligenter implere , quod adeo
justè à me exegerant , cùmque uter illis con-
tra jus illud suum, cautum æternis Legibus ,
sint usui aliquando , nisi ad augendam Crea-
ris sui gloriam. Peccavi denique contra ipsius
rerum omnium Creatorem , ita usus rebus
artifice ejusdem dextrâ paratis , ut benefi-
ciam ipsa in instrumenta converterem , q-
bus offenderem liberalissimam ejus volun-
tem : sed & hoc injuriæ contra DEVUM meum
quoties admisi , ut torporem ad Divina illa-
quaæ animo identidem suggestit, imperia & co-
silia , eisque stupidum , & velut sine sensu pe-
tus opponerem , nihil interea remittens à pe-
candi turpissima consuetudine , quidquid fa-
rum cællitus allaberetur ?

Affectus.

I. Inaudita enim verò immanitas ! ve-
dia intolerabilis ! cui unquam delectabile
sum est dilaniare & torquere peccatus illud , à
lactatum se fuisse meminit ? Quis adeo fune-
barus , ut illum animitus non diligeret , à
non aliud in se novit profectum , quàm longe
beneficiorum scriem ? Atqui ego , prô dei-

ego ini DEVS , ego barbarus , ego immanis
ille latro sum. 2. ô Cælum, ô Astra, ô Ele-
menta &c. ut quid furore vos justissimo non
armatis in tot scelerum, quibus & vos, & Crea-
torem vestrum irritavi, meritissimam ultionem!
3. Et quis vos, devoti Stygijs tormentis spiri-
tus, & vos damnatae æternis ignibus impiorum
mentes, quis tenuit, ne unà vobiscum eadem
me infelicitas in volveret, postquam &c.? 4.
Vos autem, ô Angeli Pacis; & vos æternum
beatæ Piorum animæ, quo horrore intueri sæpe
cogebamini tot rebellis mancipij facinora? Ah
ut afflixerim ego vos, quando &c.! Quis ju-
stissimam indignationem vestram continuat,
quæ in vindictam contra me leverissimam jam
excanduit, cum &c.? Ut quid non ex rerum me
numero eliminastis inutile universo mon-
strum? Quomodo sustinere tamdiu, & novis
etiam favoribus atigere potuistis impudentem?
Ah mutate tandem cor meum! ita vos, per
quidquid estis exorabiles, obsecro, & tale, ut
affiat, date, quale pridem, ut esset, decuit, ut a-
lud, à mans unicè DEUM suum, & suam illi, quam
debet, aliquando det glotiam, & vos, sociatō
vobiscum sanctissimi affectū studio recreet.

In Colloquio laudabo infinitam D E I mei
misericordiam, qui tamdiu me clementissime

K

susti-

sustinuit. Statuam deinde emendare, quidquid erratum est, opitulante, quam cælitus expecto, gratiâ, & servire DEO pro tantæ Bonitatib, quam mecum exercere voluit, meritis. Hor nimirum agam, ut vitam omnem Divinæ ipsius Gloriæ sincerissimè impendam; vitam scilicet illam, quam benignissimè mihi donat, post peccata, quibus irritatam toties memini Vindictam DEI mei Justitiam, ut pridem ad æternam me ignes ablegaret.

Compendium Meditationis

De peccatis propriis.

Oratio präparatoria.

I. PRÆLUDIUM. Intueri animam meam oneratâ peccatis suis, quasi totidem catenâ vulneratas facultates ejus turpissimis ulceribus.

II. PRÆLUDIUM. Petenda à DEO gratia cognoscendi, quâm gravi me periculo exposui omnibus peccatis meis.

I. PUNCTUM. Relegam cogitando tam meam omnem, quam ad hoc usque momentum exegi: detinebo me autem diutius postremis ejusdem annis, atque illuc disquisitoriosè, quænam fuerint desideria mea, diligentiâ spirituales occupationes meas erim, quæ votorum habita ratio, quale cas-

II. Meditatio. De peccatis propriis. 147

Fum Virtutum studium, quis conversandi cum proximo modus, quæ Officij mei cura? &c.

II. PUNCTUM. Peccata mea omnia infinita DEI mei Majestati sunt contraria, offendunt ejusdem Sanctitatem, Bonitatem, Sapientiam, Liberalitatem tam promptam ad remunerationem Virtutis, Justiciam tam severam contempsus sui vindicem, & longam illam Divinarum Perfectionum seriem, quæ ad alia omnia, quam quæ egi, me obligaverant. Lædunt denique peccata etiam supremum illud DEI in me Dominum, potestatem habentis plenissimam imperandi & prohibendi, quæ placent, atque totidem quasi perduellionibus te implicas, quo Divinam Legem delictis violas.

III. PUNCTUM. Nihil sum, nec amplius aliquid, si cum DEO meo comparer. Infinitis enim spatiis, tum à singulis, tum ab omnibus Divinis ejus Perfectionibus submotus sum.

IV. PUNCTUM. Offenso Creatore rerum omnium, neque creaturis pepercisti: abusus enim illis sum, contrà quam vellent, stq; ita tum ipsis, tū mihi præsertim ipsi, grandem intuli injuriā. In colloquio laudanda Divina Misericordia, quæ ad hanc usque diem tam mansuetè me toleravit. Statuendum deinde de emendatione servia, opitulante DEI Gratiâ.

K 2

Pro

Pro Meditatione de Inferno.

Observandum, quod in explicatione tertii
Veritatis, quam Meditationi de Peccati
proprijs praemissimus, monuerimus, Medi-
tationem de Inferno non complecti novam alle-
quam Veritatem, sed luminis solùm aliquid ad-
dere, ad illud penitus intelligendum, quod in
tertia continetur; quod infelicitas nimurum
cui periculosisimè obnoxios nos fecimus, ex-
lo Malorum sit genere, quæ formidari nun-
quam sat sì possunt. Id quod sanè hæc de Infe-
no Meditatio exactissimè præstabit, quia expo-
net acerbitatem pœnarum infernalium, tu-
tam, quantam nemo Mortalium neque cle-
satis, neque cogitando assequi poterit. Et
tamen sunt, quarum rei facti sumus, qualis
si secundum omnem earum atrocitatem in-
lexerimus, non erit difficile, de Mali illius in-
gnitudine tandem judicare, quò nosmetip-
simi, parùm abest, quin jamjam implici-
rimus.

S. Ignatius hoc Exercitium *Contemplation*
nuncupat; quia nihil admodum Ratiocina-
nis exigit, sed id solùm agere nos vult, ut vivi
Tormentorum illorum imaginem, &
sensum aliquem animo studeamus effinge-

opinabatur scilicet peritissimus Magister, eam fore ejusmodi imaginationis efficaciam, ut etiam non adhibito in auxilium discursu, sufficiens sit, ad excitandum in voluntate nostra salutarem illum gravium peccatorum horrorem; ob quæ sola tam horrendis suppliciis homo fit obnoxius, & ad animi decretum irrevocabile faciendum, expandi, quæ adhuc malè acta sunt, & in Virtutis studium seriò deinceps incumbendi. Voluit autem hanc Meditationem per Applicationem, ut ipse solet appellare, *Sensuum* institui: tūm ut altius ea, quæ cogitabimus, imprimantur animo, atque recordatio illarum vivacissima succedat (neque enim manifestius aliquid, quamdiu hīc vivimus, datur intelligi, quām quod *Sensuum nostrorum ministeriō cognovimus*) tūm etiam, ut diversas pñnarum, quas ille miserorum carcer exhibet, facies nobis poneret ob oculos, cūm *Sensuum* scilicet nullus illic sit futurus, quem non suum quemlibet peculiare supplicium affligat.

Quōd si longior tibi videtur esse hæc Meditatio, quām ut satis otij habiturus sis, ut intra unius horæ spatiū totam absolvias, tunc vel extendi oportebit Meditationis tempus, vel legi priùs ejusdem argumentum debet, & illorum fieri electio, quæ altius in animum vide-

K 3

buntur

buntur descensura, atque plus allatura momenti ad finem, quem intendi hoc in Exercitio convenit, id est, ad concipientium summum aliquem horrorem ab omni eo, quod contra Dñm Legem liberè & meditatò fit.

Non ignoro equidem, omissam à quibusdam hanc Meditationem in Exercitijs suis, quæ in Annua Collectionis usum conscriperunt; qui persuaserunt sibi, Amoris potius, quam timori affectibus moveri mentes illas, quibus ita corda est, quotannis sese inspicere: sed ego hanc dolorum opinionem ideo probare non possum, quia novi, non paucos contra illos mecum sentire; neque enim S. Ignatius, cùm arbitrium esse voluit, adjungere aliquid quinque illarum Exercitijs, quæ proponit, uspiam simul insinuat posse aliquando omitti aliquid ex ijs. Ad quod, quæ studiosiores sunt virtutis, animæ, pœnarum, quas considerabunt, magnitudinem peccati malitiam, & ex hac Divinæ Bonitatem incomprehensam Amplitudinem metiri possint: cum utique offensæ malitia in infinitum augeri non possit, nisi ejus, qui offenditur.

Bonitas infinita sit.

* *

Meditatio.

De Inferno.

Oratio præparatoria consueta.

I. PRÆLUDIUM. Ponam mihi ob oculos
in ipso corde terræ fornacem undique rotun-
dam, & ardentem, hominumque illic innume-
rorum congeriem, qui ita medijs in flammis
jaceant, ut miseris penetrant & inflammat
tos, non secus atque candens in media for-
nace ferrum nihil jam ab igne videtur habere
discriminis.

II. PRÆLUDIUM. Petam supplex Divinam
Gratiam, tamque vivacem de pœnis damnato-
rum intelligentiam, ut serio mihi de ratione
prospiciam, quâ vitare liceat calamitates adeo
horrendas, quibus periculosissem me feci to-
ties obnoxium. Precabor item, ut, siquidem
Divini Amoris non sufficiens aliquando ad pec-
cati horrorem efficacia in me futura est, saltem
supplicij salutaris timor id evincat, quod Amor
obtinere à me non poterat.

I. PUNCTUM.

Applicatio Visus.

Consideranda.

Intuebor firmō mentis obtutu Incendium
aliquid vastissimum, in quo homines ardeant,

K 4

lami-

laminarum in modum sibi mutuo injecti, quae
idem ignis & eadem fornax amplectitur. Pe-
nitius deinde contemplabor, quanta titionum
ejusmodi sit congeries, quam monstrosa sin-
gulorum deformitas, quam intolerabile, qui
æternum, spei omnis & solatij exilium, id quo
ex ipsa vivendi in his suppliciis ratione, & ci-
rabie quadam insatiabili, quam in se mutuo effe-
rantur, datur intelligi. Jam & dæmonum pro-
digiosam videbo multitudinem, qui modis im-
manissimis miserios excruciant, iisque apparen-
tia omni figuratum, quascunque animo tibi effor-
mare potes, terribilium indui genere; id quo
afflit miserios eò acerbius, quod per obser-
vram fornacis suæ caliginem hæc identidem illa terre
monstra sese obijcant. Neque enim ignis, in omnibus
quo ardent, plus illis indulget luminis, quam exim-
quantum ad tormentorum augmentum fa-
ctum est; id autem ex eo accedit, quod intueri contumelias
nuo cogantur furiales illos, & juratos hostes
suos, tortores suos immanissimos, & quidquid meri-
potrò suppliciorum est, longè ultrà, quam quæ
ullâ cogitatione assequi possit.

Affectus.

i. Demissè, & pro eo, ac par est, planè ser-
vare Deo grates agere infinitas, quod in hanc o-
lamicatum Abyssum, prout merebar, me no-

præcipitaverit. 2. Decretum animi irrevocabile, nullis parcendi viribus, ad asserendum me in eam tandem securitatem, ut antea & vita malitia tormentorum tam immanium periculum deinceps nullum creare possit. 3. Ita mecum statuam. Cavebo studiō, quō fas erit, impensisimō, ne graviori noxa mentem inquinem; studebo ab omnibus, quae blanda naturae accidunt, abhorrire; amplecti autem, quidquid illa delicato metu aversatur. Neque enim ita bonum aliquid videri debet, ut non idem votis omnibus sit optabile, si æternis me supplicijs eximit. 4. Neque de habitatione unquam, neque de asperis illorum, quibuscum commoraris, moribus conquerere. Nimirum habes delicta, postquam malis affligi infinitis quidquid meritus es.

II. PUNCTUM.

Applicatio Auditūs.

Consideranda.

Audire mihi videbor planus illos formidabiles,
K S

biles, rabiosos clamores, ululatus furiales, qu
relas execrables, abominandas blasphemias
quas infelices animæ contra DEUM & Sancto
eius effundunt, nec non diras illas, quibus
se, tortores suos, pænarum socios, & crea
ras demum omnes, tanquam exitij sui vel
strumenta, vel occasiones devovent. Intel
gere studebo maledicta illa, quæ damnatorum
colluvies in suas animas, in facultates suas, m
moriā, intellectum, atque voluntatem co
gerit, in virtutes item animam vegetantēs
moventes, in sensus externos internosque
appetitum concupisibilem & irascibilem,
sanguinem, & natos ex eo vitales atque ani
les spiritus, in Patrem, Matrem, Liberos, p
pinquos, Amicos, & in omnes tandem ille
quos familiares sibi, cùm viverent, habebat
sed in illos furiosius, à quibus vel induc
peccandum se meminerunt, vel à peccatis
non, ut poterant, abstractos: hos enim bus
tibus, si possent, vellent diserpere, & os turb
in eos furendi & torquendi exercere rabia cura

Usque adeo mentem omnem insanum
occupat, ut rabie quadam efferata in oratione
ferantur, quos ante se vixisse nōrunt, &
sive ea de causa, quod scelerata vivendi con
posteritatem in idem secum exitium trandos e

sequacem, sive quod integrâ vitæ probitate suam miseris infelicitatem novo sensu reddant auctiorem, dum beatitatem illis suam, quâ æternum cœlō exules carebunt, considerandam exhibent. Neque dissimili furore in coxos sibi, inque posteros insaniunt, ut qui suppliciorum unâ & socij, & incrementa jam accederint infelici numero.

Jam verò neque Accusationes illæ amarissimæ negligendæ sunt, quas tortores spiritus reis identidem hominibus objectant, dum turpissimos Divinarum gratiarum abusus, æternam Paradisi, pretiò tam facili parabilis, jaçuram, stultissimè præstitum suggestionibus hostis jurati consensum, & præsertim DEI, pro hominum salute mortui, perduellem contemptum exprobrant. Idem audiam Christianis, & perfidis Apostatis, aut quibusunque tandem alijs salutaris Christi doctrinæ neglectoriibus, à Paganis & cæterâ infidelium infelice turba ingeri. Præ omnibus autem ad illa acrabi curatiū attendam, quæ homines, sæculi vani- tatis, non expediti, Religiosis, & Consecratris Ecclesiæ Ministris obisciunt, qui neglegunt, & tot pretiosis salutis suæ instrumentis, tot endiæ contemptis, quibus ad se & alios æternum beatitudinis obstricti erant, titulis, & sese ignavi perdide-

diderunt, & quos curare debuerant. Intelligam proinde extrema illa maledicta, quibus mundi vanitatem, ac mores, respectusque humanos insectantur, qui magna ex parte ipsorum damnationi causam præbuerunt.

Affectus.

1. Ah, ecquis animi tantum habet, ut posse speret has immanium Tortorum sannas? 2. Quæ mentis lanena, numerum illas, instantes auribus suis, debere patitur? 3. Quid injuriarum tandem erit illi intollerabile, qui, ut damnati eum spiritus aterni execrentur, aliquando commeritus est? Mutemus tandem, ô anime mi, mutemus p. DEUM, quam male hastenus se & tati summae futurae formam, & ad tam formidabilem præcognitionem ne quidem eminus sustineamus accedit. 4. Ut quid hærere me juvat in periculo, illud adire denuo, execrandi memet, furem contra me & creaturas omnes, idque rabi sui quæ deinceps remittat nunquam. 5. Ah, plorandum illorum cæcitatem, qui serio, par est, hæc talia nunquam cogitant! ah, porem animi plus quam stupidum; nullum neque tam horretidâ calamitatum tyrannide, qui futu licet, instrumentis eximere!

III. PUNCTUM.

Applicatio Odoratūs.

Consideranda.

Experiri me fingam odorem gravissimum,
& pestilentem illam mephitim, quam ex in-
fausta hac abyso, tum damnatorum corpora,
tum etiam tortor ignis, tum demum & maxi-
mè peccata, & abominanda infelictum capti-
vorum sclera exhalant. Si enim impij, cùm
etiamnum viverent, factorem turpissimum, la-
tentis intus veluti pestis argumentum quando-
que à se, justâ DEI pñâ emittunt, id quod
non uni Sanctorum licuit experiri; quid illic
futurum censes, ubi Ultor DEUS, quæcunque
latuit, scelerum turpissimorum colluviem, toti
mundo modis omnibus manifestat, & ubi sen-
sus omnes vindice pñâ torquet, quòd, ut suis
indulgerent voluptatibus, infinitam Creatoris
sui bonitatem non horruerint offendere.

Affectus.

1. Ah si jam absque deliquij periculo pat̄
nequo, si quid tetrius quandoque olet, quid
futurum me est, si in fæces illas præcipiter!
2. Jam quidem studiō, quô possum, cautissi-
mō

mō celo, si quid perperam commisi: sed qui quā
fustinebo tunc infames factores illos, quibus hinc
passim manifestum fiet, prodente DEO, quid fac
quid in anitio latuit graveolentis mali. Sat
Valete periculosæ sensuum blanditiæ, quibus qua
horror emitur tam intolerabilis. 4. Propterea & c
omnis amoris non castissimi deliciae! pester intu
incautus contrahit, quisquis vos amat, tamē in ex
nestam & abominabilem, quām terribilis quā
Ultoris DEI Manus.

IV. Punctum.

Applicatio Gustūs.

Consideranda.

Gustabo, quā licebit, acerbitatem lachrymarum, pænitentiæ, mordentis identidem vari conscientiæ, desperationis & furoris denuo crucillius, quem in damnatorum mentibus illud excitat, quod intelligent manifestè, se mox qui rum suorum execrando dominatui, absque numero libertatis ullâ, æternum addicatos fore. Neque ex infelibus mancipijs aliquod secum uno queritans, & experire rerum, quas dixi, p̄tis quām felleam amaritudinem. Sic ergo palluit me git.

Ergo DEUM deinceps intueri licebit nō DE

sed quāquam : ergo devota æternis ignibus vi^tima
hinc abibo nunquam : procul ab amabili illa
facie, quā ut æternū recreater, creata sum ?
Sat misera, & plūs quām satis est , intelligo,
quanta bonorum abyssus sit Creator ille meus,
& quanta sit animi felicitas, ad hanc cominus
intuendam admitti , & hinc desiderium illud
inexplicabile , quō videre gestio , quem nun-
quam visurus sum, quamdiu longa durabit æ-
ternitas. Ah longam nimium malorum se-
riem ! ah infelix spei nunquam revocabilis exi-
lum ! ah materiem furorum meorum, quam
nulla consumet æternitas ! ita fixum ergo,
ratumque est, ut jacturam, quam æternū pa-
tiar irreparabilem, non solam infelix patiar,
sed insuper aliā, eaque infinitā tormentorum
varietate , sine ulla quietis parte , æternū
cruciabor ! Ô te infastam s̄avientis DEI vi-
tām ! ô vitam mille diris detestabilem !
Quis me rerum, quæ sunt uspiam, omnium è
absque numero inutile stygis mancipium eliminat ?
Neque si mille dehiscant Inferni , qui omnes
cum uno hiatu infelix hoc monstrum glutiant, sa-
dixī, tis profunda mihi abyssus erit, quæ in quietum
ergo illud nihilum, unde malo sidere extracta sum,
me remittat denuo. Quòd si DEUM intueri,
DEO & creaturis paradisus est, nunquid Infer-
ni

ni maximi instar , & supplicij mihi erit, nun
quam videre DEUM , & intelligere tamen
quid boni sit , quod idcirco æternum perdi
Sed actum est, DEUS in rerum natura pro
nullus est, nisi quem tortorem ego sentio. D
Redemptore Humani Generis & Matre ejus
non jam ulla mentem subit cogitatio, quæ ne
horrore illam abominabili concutiat: Aet
na beatorum felicitas in ultricem mihi lan
nam vertitur. Heu dolor intolerabilis! Il
ergo bonis prorsus omnibus exuta, his male
rum, quæ patiar, portentis, æterna in hoc ce
cere præda delitescam ! Memoriz non occi
ret aliud, quam calamitatum, in quâs incul
jacturatum, quas feci, & voluptatum, ob
perij, vanissimarum luctuosæ imagines.
tellectus manifestè intelliget nihil nisi tristis
dolorum meorum catalogum, & quidquid
liquet ad tormenta mea accessum facit. Vale
tas in furiali DEI, mei, & reru omniu odios
mutabili pertinacia obdurescet, neque ullus
inceps per longissimam æternitatem am
ullius dulcedine poterit recreari. Vorace tum
infernalis rogi flammæ, ut ut devorare me
gant, nunquam absument tamen. Parte bi
fausti hujus cadaveris mei omnes ita torn
hic focus, ut, quæ minimum sentiet torn libu

ti , plus tamen expertura sic dolorum , quām
omnes fuerint deliciæ , quas unquam sensi , dum
maledictam illam vitam viverē , quę in hos ignes
me demisir . Ita pascam ergo flamas has
immortalis præda tam immritis incendij ! ita
ardebo scilicet , ut stygijs sannionibus risum ego
faciam , & meta sim , in quam pestilenti sua rabie
grassentur , neque pro odij , quō in me ferun-
tur , magnitudinē , tanquam ultores contempti
Numinis castigent ! Neque videbo igitur aliud ,
neque audiam , neque palatō aliud , neque nari-
bus experiar , neque tangam demum aliud ,
quām unde novum tormentis meis aucta-
rium accesserit . Neque DEUS erit aliquis ,
neque rerum ulla uspiam , quæ condolere
dignetur infelici monstro . Ah orbitatem
tristissimam ! Ecquid verò ? ergo meta ego
Divini odij æterna , ad hoc nimurum infi-
nitæ illi Bonitati serviam , ut æternūm exe-
cretur me , & modis tam immritis me casti-
get , dignam , quæ diris omnibus devota vivat !
Ô sortem detestabilem ! ô execrable Pecca-
tum ! ecce in nihilum tuum non resorberis
tandem exosum DEO , & toti , quā patet , or-
bi , abominabile portentum ! Sic mutuis ergo
mortibus in nos furemus rabidi , ut immorta-
libus odijs pax nulla unquam successura sit !

L

Ita

Ita ergo torrebit ignis hic, affliget DEUS, qui
me odit, cruciabunt tortores isti, & quot p-
narum socij, tot augmenta erunt, me tandem
ipse ultor, scelerum meorum carnifex torque-
bo, neque ulla carnis impiæ tormento suō ca-
rebit portio, nulla itidem facultas suo, idq-
sine quietis solatio, nulla spe voluptatis. A-
voluptatis! ah execrandum nomen! incal-
sum somnias hæc solatia; actum, est de volu-
tibus, quæ tibi jucundæ accident. Nihil ce-
pestandum porrò dulcedinis. Et illæ, quæ
hæc mihi supplicia merui, deliciæ, ah quæ
inanæ erant, quæ fallaces, quæ verò fer-
ræ jam in his ignibus offensi Numinis sunt vi-
dices? At in tantillæ ergo voluptatulæ vina sum-
stam, ad æternos, inter tormenta tam immi-
nia, gemitus justè damnata sim? ô crudel-
tatem! sed nunquid in rei gratiam inanissimæ suad-
DEUM pro salute tua mortuum, favores cœ-
tus oblatos, promissam beatitudinem, inten-
ta, quæ modò sentis, incendia decuit contopisc-
nere? scelestum caput! ô malitiam! jam qui
rò, qui in has me calamitates deturbavit, q-
causæ potest prætendere tam immitti sententia mih-
Quid est, quod ulcisci me vetat hanc tytis
nidem, & tormentis tormenta rependere? quo
de tandem habet, quod tantus ille sit, subofaci-

tam gravi manu ululo? Unde habent, quod tam beati sint, qui serviebant illi? Quin immo hoc inquire, monstrum! quare serio servire illi non statueris, cum tam paternè te invitaret; quare placere tibi illa passa sis, quæ de testari tantam Majestatem noveras: quare tot oblatas tibi gratias ignava contempseris; quare temet, contrà quam clementissima ipsius voluntas esset, in hanc Miseriarum omnium abyssum ultro præcipitaveris? stulta jam est, quia sera nimium, insanæ tuæ Pænitentia. Pridem, ut modestius cum Creatore tuo ageres, decebat, pridem oportebat Divini Sancti sunt viae, non indulgere genio tuo, neglecta, quam totes tibi suaserat, Pænitentiâ; non per anissim suadere tibi tam temere, evitabiles nollô neores cu[m]t id crudeles illas, quæ te captivam attinent, inten flamas esse. Serum est, quidquid jam resa it compiscis. Evanuerunt favores illi, neque illas, qui tibi salutaris deinceps esse possit, indulgebitur. Et quantos cheu, quāmque efficaces sententiæ studium tantum non cogebat, stimulos: mihi obtigisse memini, quibus ad suave virtutis tunc facies vivis mihi coloribus depicta est: quo-

L 2

ties

ties, ne me salutemque meam neglectam vel
lem, plus quam paternè sum admonita? E
go stulta rerum vanissimarum æstimatrix, co
turpis voluptatilæ, pretij vix nomine suo dig
ni, & me, & quidquid salutarium intus mo
nitorum ad meliora me impulit, neglexi, &
quod heu serò nimium deploro, æternum pe
didi! quod pravis rapiebar affectibus, eò cu
su plenissimo secuta sum, indulsi desider
meis, mīhi, quidquid in contrarium jubet
DEUS, tam pervicaci impudencia blandie
ut si neqtie paradiſus esset, quem perdere
que infernus, quem mereri possem. O juc
ram boni maximi maledictam! ô mali fu
stissimi detestabile meritum! Ad quid ver
questus mei, nisi ut torquendæ mentis infa
menta sint? Ita enim statutum est; ure
ignis, neque remittet ardoris aliquid; co
det hic mentem vermis, neque pacis indol
bit aliquid; cruciabit hic locus, & hi pa
rum infelices socij, neque solatijs admittit
liquid. Ah æternitas! Quam longa es æte
nas! ô furoris desperati inextinctam rab
ardere hic æternum, non exire hinc, qua
DEUS esse DEUS perget. Ah moram fo
dabilem! Ah si pænarum saltem termini

set aliquis ! si finis saltem ullus appareret ! sed
frustra est. Hic ardendum est, quamdiu longa
durabit æternitas. Facile quondam erat, non
intrare huc, sed postquam ingressa semel es,
reditus ad superna nullus patet ; hic exigenda,
quanta quanta imminebit, æternitas. Si mil-
liones sæculorum totidem effluxerint, quot
arenulas tota, quæ patet, cæli, terram ambien-
tis, machina complecti potest, nulla adhuc
æternitatis exacta est portio, quin imò neque
durare adhuc incepisti longam illam Annorum
seriem, quam æternitas amplectitur. Et post-
quam mille millions longissimorum, quæ
finges, temporum exegeris, sedebis adhuc, uti
modò sedes, his in ignibus, hos inter tortores
tuos, hos inter supplicij socios, & tecum deni-
que sedebis, ut sedeas æternū. Ah quòd ista,
cùm adhuc essent salutaria, non cogitaveris !

Affectus.

1. Infelicem me, cùm ejusmodi tormen-
ta mihi mererer ! 2. Quid agerem, ut in li-
bertatem ex calamitoso hoc ergastulo me
assererem, si ea illuc ingresso semel offerretur,
quid verò potius non agerem ? 3. Idipsum
jam nunc, ô anime mi, & grates DEO optimo
agamus infinitas, quòd paternâ manu suâ

L;

ad

ad hanc usque horam clementissimè nos tenuerit, ne infelix in barathrum pridem rueremus.
 4. Sed & in hoc deinceps toti simus, ut pravo Naturæ motus, quæ nos in exitium rapit, Dominatrix ratio compescat. Ita enim statutum est: Pati rebellis Natura debet, vel aliquamdiu hîc vivimus, vel exacto vitæ tempore, aeternum. 5. Quidquid Affectibus tuis deinceps accidet contrarium, nolo id intolerabile tibi, aut etiam paulò duntaxat gravius effigies. Quidquid acerbatum hæc vita complectitur, cum illis comparâ, quæ neque finis sunt habituæ, neque remittent aliquid à frite, neque solatum aliquod admittent; & illico dulcescet, quidquid fellis instar videatur certabile.

V. PUNCTUM.

Applicatio Tactus.

Consideranda.

Conabor Tactu mentis aliquo exp

flam̄æ infernalis vehementiam, usque ad evacem, ut in animas etiam ipsas, & damnato tortores spiritus salvat. Admirabor verò eum prodigiosam ejusdem ignis indolem, cum in dō admodum dissimili damnatos eorum membra, pro diversa peccandi, quam tu

runt, ratione torqueat ; idque agat virtute tam insolita, ut, licet urat ferocissimè, nunquam tamen consumpturus sit, quos castigat : ita DEO nimis vires misericordia suggerente, & servante vitam, ut habeant, unde momentis singularis æternum mori possint : neque ad aliud quiddam vires habent suas haec supplicia, quam ut Vindici DEO, ad cruciandos hostes serviant : neque infelix miserorum caro ita ex tormentorum saevicie obstupescit, ut incapax aliquando fiat novos identidem dolores sentiendi, quos longissima & nunquam interrupta serie secum volvet.

Affectus.

1. Age verò, Anime mi, delibera, num habitare possis cum hoc igne devorante, & ardoribus sempiternis.
2. Quòd si malum est intolerabile, quis te furor eò pepulit, ut illa non verereris committere, quibus haec incendia debentur.
3. Ah dementiam ! ah mentis errorem plus quam furialem ! adeo primum esse & facilem, ad ea, quæ Divinæ Legi adversantur, absque ullo metu designanda ! Nunquid cum indulseris, contrà quam velit DEVS, affectui tuo voluptatulam, vix momentaneam, æternâ deinde cum rabie, contrà quam incassum velis, severæ DEI vindicis vo-

L 4

lun.

luntati in tormentis atrocissimis ardebis vieti-
ma? 4. Et potest adhuc eò insanæ devolvi
quispiam, ut quæstuosum putet sceleris lucrum
esse, æternum pænitere? 5. O dulces pæ-
nas! amænus est omnis ille, qui carnem u-
piam afflixit rigor, si cum violentis damnato-
rum ignibus peritè componitur! ô detestabiles
delicias, quæ in sensu denique tam acerbos de-
sinitis.

Colloquium fiet cum Redemptore nostro
Laudabo & extollam inexhaustam ejus Boni-
tem, quâ in mortem se ultro tradidit, ut DEUM
peccatis nostris indignantem, conciliaret,
ejusmodi nobis præsidia subministraret, quib-
muniti, accedente Divina ejus gratia, infer-
tormenta possemus evadere. Conabor agne-
cere, quâ liberalitate mihi peculiari quoda-
modo, & omnibus, quibus Legem suam volo
innotescere, gratiam suam identidem offe-
ram inutili tamen sæpe eventu ingentis Ben-
ficij, ut multi Divinis ejus veritatibus non a-
quiescentes, inobedientiæ pænas in æter-
ni suppliciis jam exsolvant; alij verò victi ver-
tis efficaciâ, receperunt quidem, quam audi-
runt Legem, sed cùm vitam illi conforma-
negligerent, se suámque idcirco salutem
xunt perditum. Ego utrorumque pertinac-

vecordiam in conspectu Redemptoris mei detestabor, & infinitas Bonitati ejus agam gratias, quæ clementissimè impedivit, ne simili pertinacia mihi quoque, uti merebat, cor obduresceret; quin amicissimè non invitare tantum voluit, sed auxiliatrice quoque manu sua fovere, virésque ad Salutis meæ studium sufficere. *Pater Noster.*

Compendium Meditationis

De Inferno.

Oratio præparatoria.

I. PRÆLUDIUM. Ponere ob oculos fornacem quamdam ignitam, plenam diabolis & hominibus, qui illuc torquentur.

II. PRÆLUDIUM. Petere gratiam, intelligendi penitissimè pænarum, quas sustinent damnati, horrendam gravitatem; ut, si quando Divini Amoris oblivisceret, timor saltē suplicij à gravibus offensis me absterret.

I. PUNCTUM. Videbo vastissimum incendium infernalis Rogi, animas damnatorum, corporibus suis penitus ignitis inclusas, tortores item diabulos, illaque supplicia, quibus ipsi infuso mutuò damnati sœviunt.

II. PUNCTUM. Audiam lamenta, clamores, rugitus, questus, blasphemias, diras, qui-

L 5 bus

170 II. Dies Exercitorum.
bus serò se devovent infelices , uti & illa, qui
vel carnifex cuique conscientia, vel pñarum
socij exprobrant.

III. PUNCTUM. Olfaciam carceris teteri-
mi fætorem , ortum tum ex igne, tum ex co-
poribus, tum demum ex abominandis reofor-
sceleribus.

IV. PUNCTUM. Gustu quodam mentis
periar amarissimam furoris desperati acerbi-
tem , quem Gloriæ æternæ jactura , tormento-
rum intolerabilis atrocitas , Divinæ Gra-
tultissimus contemptus , rei , in cujus gratia
perditum se iverunt , vilitas , & miseriarum
nique suarum, nunquam finienda Æternitas
iphis excitat.

V. PUNCTUM. Tactu mentis percipi-
flammarum vehementiam , quarum prodigi-
sus ardor & in ipsos furit spiritus , & corpo-
ratus nunquam consumit.

Colloquium dirigetur ad Redemptorem
strum, laudando Divinam ejus Bonitatem,
utitur erga omnes, quibus Legem suam inde-
fit promulgari, atque unà modum tam mu-
plicem indicari, evadendi hæc supplicia: tu-
agam grates infinitas, quòd adhuc non per-
serit in hæc tormenta me deturbati.

De Gravitate Peccati.

In Meditatione, quam de propriis Peccatis instituimus, considerandam sumpsimus causam, à qua peccatum quodlibet suam quasi substantiam, malitiam & gravitatem habet, quæ in eo scilicet consistit, quod DEO sit contrarium. Cùm enim Diuinæ Majestatis Excellentia infinita sit, inde fit, ut Jus ipsum, quod in nos pro Divinarum suarum Perfectionum ratione habet, itidem infinitum sit, & idcirco Sui offendit, tot attributis repugnantem, infinitam quodammodo faciat. Et hinc nimirum est, quod omnis DEI offensa, pro infinita Divinorum Nominum, quibus opponitur, Amplitudine, quadam omnino ratione infinita sit. Alix deinde Considerationes, quas ibi cum S. Ignatio adducimus, quod nimirum peccatum à Creatura committatur despiciatissima, obligatà DEO pro tot cælitus acceptis favoribus, titulis prorsus infinitis; quoditem, qui offendit DÉUM, ipsa, quæ accepit, beneficia in impietatis suæ instrumenta convertat, & in ipsas etiam Creaturas sit injurius, dum contra Creatorem perduellis est. Hæ, inquam, Considerationes

tiones id agunt, ut novam aliquam malitiae cessionem ex eo demonstrent, quod persuadant, peccatum rationi adversari acerrime, & hac ipsa de causa, etiam DEO rem esse exofissimam, utpote qui illud severius vult esse vetum, quod cum recta ratione minus deprehenditur convenire.

En ergo tibi exactissimam malitiæ, quæ percatum quodvis abominabile se facit, mendacram! Incomprehensam nimurum DEI Excellentiam, inexplicabilem Creaturæ vilitatem & perduellem denique homuncionis abjectissimi impudentiam, quæ Divini Juris, multi in partibus violati, reum se audet facere. Haec enim illa sunt capita, quæ in primis opus est perpendere, si quidem peccati enormitatem manifesta sit, quod offendit magnitudinem Majestatis læsæ mensuram, peccantis item vilitatem, & numerum denique jurium, in quæ peccatur, rectissimè exigamus. Atque ita, & ineffabilem DEI Excellentiam intelligit, & spicatissimam hominis vilitatem, & illos denique titulos, quibus DEO obstringimus, Divinorum Nominum suorum, quæ peccatum offendimus, numero & ratione, ille peccatum unius, intelligit Gravitatem.

Non id agam hīc, ut porrō prosequar hæc argumenta, quibus peccati malitia tibi manifestius appareat: peritiūs enim illud Divinus in Meditatione spiritus exequetur. Mihi hoc duntaxat in animo est, alia quinque capita adducere, ex quibus peccati incredibilis deformitas efficacissimè comprobatur. Priora tria ad odium pertinent, quō D E U S peccatum solet prosequi; reliqua duo ad supplicium referuntur, quō sive in hac, sive in altera vita castigantur, quæ perperam contra DEUM commissa sunt. Quamvis enim neque odium illud, neque supplicia, quibus plectitur peccatum, ejusmodi res sint, quibus augetur offensæ malitia, sunt tamen quiddam annexum huic malo; & cùm augentur pro peccati gravitate, manifesto nobis argumento sunt, quām detestabile illud sit, quāmque dignum suppliciō, cùm id tam im- placabili odio prosequatur, & pænis castiget tam exquisitus, qui est Sanctitas ipsa, ipsa Bonitas & Justitia.

Indubitatum sanè est, quòd DEUS infinitè sapiens & sanctus odiſſe nihil possit, nisi quod odio dignum est, neque possit abominari aliquid vehementius, quām & quum sit. Quoniam igitur detestabile nihil est, nisi idem & malum sit, ideo neque DEUS odiſſe peccatum poterit,

nisi

nisi malum sit, neque odiſſe id infinitā quādam
abominandi ratione, nisi malum sit omni mā-
lorum genere superius, & odiō dignum infi-
tō. Et idcirco, cūm infinitum sit odium illud,
quō DEUS peccato adversatur, infinitum ut
hoc sit malum, necesse est. Manifestum ei-
gitur, ad concludendum, quod offensia DEI
malum sit infinitum, hoc unum sufficere, ut in-
telligas, infinitum esse odium illud, quō DEUS
illam castigat.

Jam verò & hoc in confessō est, quod DEUS
noster, Sapientissimus simul & Justissimus, pe-
nire nihil possit, nisi quod suppliciō dignum
est, neque graviori aliquem pānā castigate
quām quantā se reum quisque fecerit. Igī-
ut infinitam peccati turpitudinem esse judic-
mus, satīs erit persuasum nobis esse, tormenta
quibus DEUS peccata plebit, finem acerbau-
nullum admittere. Dispiciamus igitur, qua-
tum sit DEI odium in peccati malitiam,
quām atrox sit vindicta, quæ de flagitiis ab
solet exigi, & cādem omnino operā intelligi-
mus, in quo malorum genere versetur Dr.
vini Numinis offensa.

¶SSS

De odio DEI adversus

Peccatum.

Ex tribus præcipue effectibus Divini hujuscè
odiij gravitas manifesta fit. Primus est, quòd
gratiam Creaturæ rationali, quâ felicissimè
tanquam DEI Filius fruebatur, eripiat, & ex-
tinguat idcirco jus ad gloriam, quam aeternum
beanda expectabat. Alter est, quòd ex solo
peccati odio in aeternis ignibus peccantem tor-
queat. Tertius, quòd Filium suum Unicum
mortè turpisima voluerit condemnari, ut pec-
catum, quod tantopere in nobis detestatur,
aboleret.

I. ARGUMENTUM

Divini odii adversus peccata,
GRATIÆ DIVINÆ ET GLORIÆ

FACTURA.

Cùm DEUS, quidquid bonum est, pro bo-
nitatis ratione & merito suo diligit, ac peculia-
ri quodam affectu in Creaturas suas, Gratia &
Gloria thesauris exornatas, rapiatur, nunquam
certè in homine vel extingueret, quam aliquan-
do dedit, Gratiam, vel impedit, quam pro-
misit, Gloriam, nisi motus à re quapiam digna,
quam detestetur severissimè. Quodvis autem
gravius peccatum sufficiens DEO causa est, ut
nobi-

nobilem illum Gratia & Amicitia Divina statum aboleat, & neget omnem ad æternam. Gloriam accessum, erpta nimis homini peccanti gratia, omnique ad Gloriam cælestem jure eo usque extinctorum, dum ejurat per vicaciam ad offensum redeat. Persuasum igitur esse debet, quamlibet graviorum offensarum rem esse Divinæ voluntati exquisitissimam, quæ ad tam perniciosum illam odium possit irritare.

Præterea si unius peccati mortalis intueretur, si tot habuisset, & jus ad gloriam omnino extingueret, quamvis infinitam pro meritis posset expectare; quis satiis intelliget, quod implacabili odio Divinæ Majestatis suæ graviores offensas aversetur? Certè indignatio quam ob peccatum ex gravioribus levissime concipit, pro odio, quod illud detestatur, vel mentiâ, infinita quadammodo ut sit, nec tellus est: & cum DEUS odisse amplius non potest, quoniam quoad meretur rei malitia, manifeste conficitur, peccatum mortale quadammodo malum esse quadammodo infinitum, & Crederemus infinita quadam enormitate, odio enim esse itidem infinitum.

Hoc malitia gravis peccati demonstrandum, difficile non erit, venialibus enim

noxis applicare, si considerabitur, quanto-
re etiam leviusculos hos errores detestetur, cùm
animas, etiam sanctissimas, & ad gloriam sub-
vehendas pro meritis suis altissimam, si tamen
cum uno vel pluribus ejusmodi návis eas con-
tigerit decepsisse, privet idcirco tantisper beatia-
tudine sua, neque priùs admittat ad amplexum,
quàm pñas omnes, quas Divina Justitia pro
delictis illis exigit, exsolverint, atque adeo
torri priùs eas opus est in flammis illis sávi-
simis, inter dolores animi ineffabiles, quos ex
eo sentiunt, quòd differri se videant à felicita-
tis sua jucundissima fructione.

ARGUMENTUM II.
Divini odii adversus peccata,

SUPPLICIUM PECCATORIS.

Hoc Divini odij argumentum ut rectius in-
telligas, neque decipi te patiaris per ea, quæ de
Divina etiam adversus rebellis benignitate
continet, duo sunt, quæ debes observare.

Unum est, quòd DEUS omnium quidem
Creator sit, non autem Pater sit per adoptio-
nem, nisi illorum duntaxat, quos habituali
gratiâ sanctos sibique amicos facit. Atque
ideo cùm omnes, quotquot vivimus, produ-
xit;

M.

xerit;

II. Dies Exercitiorum:
xerit, intuetur adhuc etiam infelicissimos ei
damnatis, tanquam opus Divinarum manuum
suarum, agnoscens nimirum in eorum nau-
ra Divini vultus imaginem, quam uti impre-
cepit semel humanæ menti, ita nunquam de-
ceps cessat conservare. Adoptionis autem gr-
atiam perdidunt miseri, & jacturā quiden-
tērūm irreparabili, ac proinde, cùm filio-
rum DEI felicissima sorte exciderint, nequ-
ati vitiō inimicum sibi constituerunt.

Alterum est, quod amor amicitie, quod
DEUS hominem justum liberè complectit
certam quamdam in eodem benevolentiam
bonitatem supponat, quæ naturæ quidem
tus est, in id inclinans DEUM, ut crea-
tuæ benefaciat; atque adeo ut liber DEI
minem diligentis amor ex Divina ejusdem
nignite, tanquam ex radice quadam sua,
crescat, & profiscatur, eoque benevolen-
simam DEI mentem inclinet, ut hominem
pote Divinitatis imaginem, gratiâ suâ digna-
exornare, & velut adoptivum Filium patre-
tatis fructus, nullâ nascitur ex necessitate
ex ea liberrimè procedit; quocirca facile
eum perdi, & perire quodammodo salvâ

cis suæ integritate. Quamvis enim DEUS hominem gravi delicto obnoxium, non jam amplius amicabili illa dilectione foveat, quâ filios & amicos prosequitur, at illum tamen affectum non deponit, quô peccatoris etiam turpissimi naturam, tanquam imaginem suam diligit, hoc nimur agente benevolâ DEI nostri optimi indole, ut hominem, quantumvis flagitosum, clementer tamen, & nunquam pro delictorum meritis castiget. Et hæc DEI Creatoris nostri benignitas est, quam considerandum hic proponimus, velut ejusmodi nimirum aliquid, quô urgetur quodammodo DEUS, ut aversetur hominis à se facti infelicitatem, & quô idem impeditur, ne peccata tam severè puniat, quâm id faceret, nisi vindicem ejus manum infinita hæc, de qua sermo est, bonitas contineret.

His ita observatis, assero, quòd DEUS, quemadmodum infinitis partibus tenerius nos amplectitur, quâm ulla Mater infantulum suum, ita cum majore doloris sensu aversetur, quidquid nos afflit, quâm quô Mater amantissima soleat execrari, si quid filiolum torquet: & crescit quidem hoc Divinum adversus calamitates nostras odium cum ipsa misericordiarum, quas patimur, acerbitate, ita, ut si has infini-

M 2

tas

tas esse contingat , ipsa quoque easdem aet-
fandi ratio non admittat modum , sed infinita
sit. Et hac de causa , cum Inferni supplicia ejus
sint indolis , ut torqueant in homine , quidquid
doloris capax est , cum atrocitate nocendi sint
intensissima , cum diuturnitate sint æterna , al-
que ideo infinita ; digna sunt , quæ DEUS odio
detestetur inexplicabili ; neque pateretur illa
irrogari homini , longè verò minus ipse infi-
geret , nisi malum in homine deprehenderet in-
finito DEI odio dignum , quodque mereatur
infinitâ quadam infelicitate ab infinita bonitate
castigari.

Jam cum præter peccatum mortale ter-
hominе nulla possit esse , quæ tali abominatione
digna sit , fatendum est necessariò , illud eis
coram DEO ratione quadam infinitâ detecto-
bile. Neque enim alioqui toleraret hoc im-
mensa Creatoris nostri benignitas , ut acqui-
scat quodammodo , & veluti recreetur æterni
iisque crudelissimis Creaturæ suæ tormentis
quandoquidem in humanis etiam nemo par-
tum tam severus est , ut extrema filij infelicitas
delectetur , nisi quid odio tali dignissimum
eo deprehendat. Cum igitur quodvis gravis
delictum tantæ sit malitia , ut DEUM Op-
mum ad plectendam severissimè Creaturæ

suam obliget, ut id grave quodammodo accidat infinitæ ejusdem Bonitati, cui utique injucundum est, tam enorme homini, hoc est, Divinæ mentis imagini malum irrogari; idcirco sapienter concluditur, peccatum & in se modis infinitis esse detestabile, & mereri hac sua tam perniciosa turpitudine, ut nemo sit, qui illud pro meritis odio quodam infinito non abominetur.

Non difficile fuerit, hoc Argumentum venialibus etiam peccatis applicare, si consideres, quantæ oporteat ut sint malitiæ, cum ea DEUS adeo severè persequatur, ut Animam eorum unicò infectam in purgantes flamas deijectat; ubi præter tristissimum illud, quod *Damni* nuncupant, supplicium, etiam ignes, nihilò inferni ardoribus mitiores, idque non raro per longam multorum annorum seriem, pati necesse sit. Ceterè incomprehensa DEI bonitas diligit beatas has Animas amore illo & forti & tenerissimo, quem & Divina, quâ ornatæ sunt, gratia, & ejus, quam expectant, & ad quam admittendæ sunt, gloria cœlestis pulchritudo promeretur, ac proinde suppliciis illas tam immanibus utique non sustineret subiici, nisi ejusmodi adhuc laborarent nœvis, qui purissimæ Majestatis oculos intolerabili hortore of-

M 3

fen-

fenderent. Nempe sapiens quædam & benigna
Mater non plectit filiolum, nisi ut vel emen-
det, vel ut expiet errorem, qui maternis oculis
displacet. Ita, cùm dilectas sibi animas ultrix
DEI justitia castigat, quæ neque crescere in
virtutum cultu, neque labi amplius in erro-
rem possunt, paterna hac severitate sua nos do-
cet, quàm gravi odio prosequatur, quod tam
severi supplicij, etiam amicis irrogandi, ca-
sam præbuit. Unde conficitur, peccata etiam
venialia, longè, quàm passim arbitremur, effi-
cacia, utpote quæ mentes, DEO gratissimas,
inexplicabili suppicio subiiciunt, quidquid re-
pugnet amantissima illarum Supremi Numini
bonitas.

III. ARGUMENTUM.

Divini odii adversus peccata,
MORS ACERBISSIMA FILII DEI

Cùm DEUS ter Optimus Maximus ipsa per-
fectionis sit essentia, ita quidquid est uspi-
perfectionum, id omne in se comprehendit, in-
deesse ad plenissimum illarum apparatum nul-
la possit. Quemadmodum enim infinitè San-
ctus est, ita est quoque Potentissimus, Sapienti-
simus, Optimus; pari scilicet necessitate totum
virtutum ejusmodi Thesaurum complexus, quæ

singulas in se continet. Et hæc quidem, etsi ita se habeant, illud tamen inter enumerata D E I attributa discrimen intercedit, quod nihil supra usitatam Naturæ Legem fiat, si Sapientia, Bonitas & Potentia certâ quadam portione creatis etiam rebus communicetur, supereret autem Creaturæ dignitatem, Divinæ Sanctitatis participem fieri, cum hoc donum Naturæ vires longè excedat. Ex quo videtur consequi, peculiari quadam ratione Sanctitatem DEO esse propriam, quâ neque Sapientia est, neque Bonitas, aut Potentia, cum & Sapientissimi inter Angelos Cherubini hanc sibi præ cæteris sumant prædicandam, cælesti illo carmine non aliud diu noctûque ingeminantes, quam *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus DEUS Exercituum.* Et ex hac Divinæ Sanctitatis supra cæteras perfectiones Eminentiam singularem illum affectum crediderim nasci, quô Santos prosequitur infinita Sanctitas, & quô eis felicitatem decernit infinitam, quam ex manifesta Divinæ Essentiaz suæ intuitione sunt hausturi: ea quidem ratione, ut quô altius Creaturæ Sanctitas excrescit, eò tenerior amantis illam Creatoris sit affectus, bonumque, quod illi optat, amplius; & per consequens severius illud odium, quô, quidquid adversum amico potest accidere, detestatur.

M 4

Pro-

Proinde cùm Sanctissima Servatoris nostri Humanitas, Balsamô pretiosissimô Divinitatis delibuta, & infinites idcirco sanctior sit, quàm essent puræ Creaturæ omnes, si singulæ Sanctitate creata decoratæ essent infinitâ, & ut paucis absolvam, cùm tam sancta sit, quàm est ipsa Divinitas, quamvis non essentialiter, & non tanta necessitate, sicut ista; ideo irrefragabilis est necessitas, ut DEUS & illam, & quidquid illa rerum agit, acceptius sibi jucundiùsque beat infinites, quàm habiturus esset actus patraru[m] Creaturarum omnes, et si esset Sanctitu[m] illarum infinita, & per consequens, ut bonum Sanctissimæ huic menti majus velit, quàm vellet Creaturis omnibus, malumque idcirco omne, quod illam posset affligere, detestetur acceptius, quàm omnem illum calamitatum numerum, quibus Creaturæ reliquæ possent involvi.

Neque potest DEUS vel unicum ex actionibus Sanctissimæ illius Humanitatis ita perdere, ut illius jacturâ malo cuiquam medeatur, atque gloriata honorem illum & delectationem, quamerit actione tali caperet, ultro negligere, nisi tam pestilens sit malum illud, ut inexplicabili quodam odio dignum sit, idque nobis manifestatur, DEUS velit, subiens jacturam actionis alicuius filij.

Filiū sui, unde honor in ipsum redundāset infinitus, & Complacentia major infinites, quām sit illa, quam ex actibus Creaturæ alicujus perfectissimis possit capere.

Sed neque hoc continget, ut in mali cujuspiam remedium permittat, aut suā etiam manu infligat Sanctissimæ Humanitati aliquid, quod ipsi molestum accidere posset; longè verò minus fiet, ut mori illam velit in doloribus acerbissimis, & ignominiis affectam incredibilibus, nisi malum, cui avertendo hæc permittit DEUS, sit ejusmodi, ut oderit illud implacabiliter, & hujus odij sui argumentum nobis efficacissimum exhibere velit.

Cum igitur morti Filium suum DEUS traxerit, ut ostenderet, quod severè detestetur peccatum, cùmque etiam ultro se privaverit honore illo, quem ex vita illa mirabili DEI-Hominis illo tempore habuisset, quod separata mansit anima à Sacratissimo Corpore, quamvis id ex motivis & Sibi & Humanitati Filij sui gloriissimis fecerit, voluit tamen irrefragabiliter testimonio nos erudire, acerbius esse, quām nente concipi possit, illud odium, quod peccatum, & mortis, & jacturæ, de qua loquimur, causa versatur.

Et quandoquidem DEUS ita quidem pecca-

M 5

ta

ta gravia cumulatim quodammodo considera-
verit, quando Filij sui acerbâ pro ijs morte vi-
luit satisfieri, ut uni tamen & unico abolendâ
ejusdem Divini Sanguinis effusio esset necesse
ria, judicandum est, DEUM ita pro peccatis uni-
versis effundi voluisse Sacratissimû Filij Sui San-
guinem, ut eum effundi etiam pro singulis
bere statuerit, ita scilicet testatus, malitia
jusvis, etiam levissimi, ex mortalibus peccatis
esse infinitam. Et ideo omnem mentis tristia-
tæ superat capacitatem hæc malitia, omnem
luntatis, quanta quanta est ad abominanda
la, potentiam, ac per consequens odî infi-
detestabilis est, & digna, quam detestantur
dis infinitis, quotquot sunt aptæ ad intelligendâ
dum mentes.

Applica, quæ hucusque allata sunt, et acerbi-
venialibus delictis, & intellige, quantum ei cium
in his erroribus mali lateat, cui extinguitur cum
DEUS Unigeniti sui Sanguinem impendit etiam
luit, & nos erudire, quâm & quum sit, Dei no-
hujus Sanguinis efficaciam in abolendâ ferno
modi peccatis non negligere.

De Pæna Peccati.

Apparet quidem hujus pænæ severitas
lo ipso triplici capite, ex quo odium
decerat ejusmodi.

DEVS id prosequitur, colligimus; sed cum nescio quid argumenti possit afferri contra illam probationem, quam gravitatem peccati ex Gloriæ & Gratia jacturâ mensi sumus, cum haec sit pœna peccati lethiferi, ideo his non immorabimur, sed ea solùm afferemus, quæ firmatis ad struendum, quod diximus, amplius aliquid habitura sunt; haec verò sunt peccati supplicium, & mors acerbissima Redemptoris nostri.

IV. ARGUMENTUM

Ad probandam peccati gravitatem.

PÆNÆ INFERNALES.

Cum DEVS ipsa sit justitia, fieri nequit, ut acerbius aliquod Creaturæ suæ statuat suppli- cium, quam ejusdem demerita exigant. Unde, cum infinitam pœnam illi irrogat, infinitam etiam malitiam in eo, qui punitur, præsupponi necesse est. Cum infinita sint, quæ in Inferno reis infliguntur supplicia, cumque ea in unici peccati gravioris vindictam quandoque decernantur, infinita debet esse etiam unius ejusmodi delicti gravitas, & ideo digna, quam nemo non infinito odio prosequatur.

Aliud est hoc Argumentum ab eo, quod su præ

prà secundò locò proposuimus. Hoc enim nullam in DEO benignitatem aut clementiam considerat, sed justitiam solummodo, quæ non permittit hominem gravius, quam commer-
tus fuerit, castigari. Illud verò alterum, omis-
sâ justitiâ, amènam duntaxat & benignissi-
mam Divinæ Naturæ bonitatem intuetur, que
facit, ut horreat Clementissimus Creator,
quid homini grave videat & acerbum evenire.
Cæterum ut efficaciùs, quæ hîc dicta sunt, pe-
netres, operæ pretium est, Inferni tormenta
animo profundiùs hîc imprimere. Sed & pe-
ccato veniali congruit hæc ratio, eô ferè modò
quò in secundo Argumento fieri posse diximus.
Tandem & illa supplicia cogitanda hîc tibi si-
me, quibus DEVS in hac vita peccatum sal-
pletere; neque enim ullum tam atrox est, quo
non mereri possit homo, etiam unico venia
peccato obnoxius.

V. ARGUMENTUM.

*Ad probandam peccati gra-
vitatem.*

LYTRUM REDEMPTIONIS
NOSTRÆ.

Cùm satisfactio, quam ab Vnigenito
DEVS pro peccatis nostris exegit, plena labo-

rum sit & calamitatum, non inidoneè supplicij instar considerari potest, quo peccatum in Filio suo vindex DEVS castigare voluit, atque ita pro Argumento nobis servire, quô peccati gravitatem adstruamus; cùm tam severam pro illo satisfactionem Divina Justitia postulaverit. Cùm enim DEVS ita à Filio suo expungi voluerit debitum, quod offensis nostris contraximus, manifesta sit ex solutionis magnitudine immensa debiti nostri moles.

Poterat ergo DEVS substantias quasdam spirituales cum illo perfectionum cumulo producere, qui eidem placuisset; poterat eas gratiis prævenire tam efficacibus, ut se Divino obsecro qui consecrarent excellentissimè, & offerrent ei juge sanctissimarum actionum Sacrificium ad unici duntaxat peccati expiationem. Hæc tamen omnia judicavit Sapientissimus DEVS non sufficere; sed satisfactionem sibi exhiberi voluit simpliciter & absolutè infinitam: & cùm videret, Creaturas puras, quantæcumque illæ faturæ essent, omnes tam pretiosi piaculi offerendi incapaces esse, voluit ex Divinis Personis Incarnari aliquam, ut in Humana, quam assumeret, Naturâ, satisfactionem exhiberet, dignam Divinæ Majestatis placandæ magnitudine, & offensiarum gravitate. Qua in re manifestè

nifestè nos docuit, malitiam gravioris peccati
esse infinitam, utpote quam nulla collectio
sanctorum operum finiti valoris æquare possit,
& idcirco personâ expiante opus sit infinita.

Quare rejectis, quæ & quantacunque offerri
poterant, ad abolenda peccata, holocaustis, V-
nigenitum suum DEVS humana carne volun-
tudin, ut Divinus nimurum homo aëtus in ex-
piationem nostrorum criminum offerret, qui
valoris essent infiniti. Et sancte Divina illa & in-
carnata Sanctitas, quâ Sanctissima Redempto-
ris nostri Humanitas, tanquam cœlesti quodam
succô delinita fuerat, tantum omnibus ejusdem
operibus addidit pretij, ut, quod erat ex omni-
bus, sicut videri poterat, minimum, meriti te-
men satî haberet, ad exhaustendum, etiam so-
cundum justitiae rigorem, omnium offendicu-
rum nostrarum prodigiosum excessum & enor-
mitatem. Atque ideo videri cuiquam possit
non aliud æternum Patrem ab incarnato Filio
suo debere exigere pro expiando humano ge-
nere, quam actum amoris aliquem, aut obedie-
ntiæ, aut aliud quid laboris non admodum
molesti.

Sed neque Pater æternus, neque Filius ejus
modi duntaxat Lytro voluit acquiescere. E-
Filius quidem opera Patri obtulit, non infini-

solum pretij ob Sanctitatem agentis, sed in se tam perfecta, tamque excellentia, ut nobilius aliquid neque a DEO-Homine posset exigi. Pater verò ita quidem hanc Filij sui satisfactio- nem acceptavit, ut non tamen integrè contenus esse vellet, sed mori insuper juberet Unigenitum suum, si quidem redemptos nos vellet.

Et hoc Patris æterni Filiique decretum uti- que imprudens non fuit. Vtique fortuitò non accidit, ut Salvator noster, qui nobis iratum Patrem facili negotio potuisset conciliare, tan- tò tamen laborum ingentium impendiò id fece- rit, passus & in animo & in Carne sua Sanctissi- ma, quidquid utrobique toleratu potest esse dif- ficile. Quid verò aliud, dum hæc ageret, doce- re nos voluit, quam ut intelligeremus, quid de peccati gravitate sentiret incarnata Sapientia. Si levi duntaxat manu & labore non difficulti, vel nullo etiam delevisset, quod contra nos erat chirographum, non utique pro meritis æ- stimasssemus delicti gravitatem; neque enim tunc solutionis pretium satis penetrasssemus. Sed quandoquidem vitam integrā DEI-Ho- minis videmus nobis redimendis impensam, causas utique efficaces habemus agnoscendi, quam incomprehensibile malum sit, quod ca- ptivos nos attinebat.

Sanè

Sanè tam copiosa DEI Domini nostri Rē
demptio digna est, quæ duos potissimum esse
etius in pia Meditantis mente pariat. Unus est
spes validissima obtinendæ venia, si quidem
hanc per merita Divini Sanguinis pro salute
nostra effusi flagitemus. Alter est ardens des-
iderium, omne genus obsequiorum Redemptori
nostro exhibendi, & non parcendi ullis labori-
bus, necessariis ad complendum salutis nostræ
opus, & satisfactionem pro peccatis nostris,
quam DEUS à nobis exigit. Ita redemus vi-
delicet amori aliquid, quo nos compleati vo-
luit Redemptor, & quo movente infinites ma-
jorem Summam laboriosæ illius monetæ æter-
no Patri, & nobis obtulit, quam quanta poto-
rat etiam ex rigidissimæ justitiae legibus postu-
lari. Et hæc quidem gemina Documenta alio
potius pertinent. Nos hic unicō illō conteni-
simus, ut debiti nostri immensitatē ex im-
menso Lytri pro nobis dati pretio studeamus
intelligere.

Neque enim laboriosa Servatoris nostri cha-
ritas satis habuit, ut liberationis nostra pre-
mium intra dolores & afflictiones, quamvis dif-
ficillimas, consisteret: voluit & Sanguinem
ejusque guttam etiam ultimam exhibere, qui
& mori voluit, ut extingueret, quod tamdiu in

perniciem nostram vixerat, peccatum. Talis
zicni Patris erat sententia, qui, quamvis pla-
cari posset quavis etiam minimâ Vnigeniti sui
incarnati actione, vitam tamen in salutis no-
stræ premium accepit integrum, hoc est, seriem
actionum & laborum, quos sustinuit, pretiosissi-
mam, & propiaculari tandem Sacrificio aliud
sibi offerri noluit, quam DVM Hominem,
ejusque Sanguine omni penitus effusô lavari
sordes nostras voluit.

Quâ ex severitate intelligamus tandem,
quantum horreat peccata DEVS, quandoqui-
dem videri potest displicentiae quodam velut
alta abruptus æternus Pater, ut acceptare, quin
& exigere sustinet Vnigeniti sui mortem, cum
pro totius humani generis delictis plus quam
sufficiens futurum fuisset opus ejusdem quod-
cunque levissimum. Jam si Filius paternis his
imperijs promptissimè acquievit, si utriusque
Divinæ Personæ sapientissimô Judiciô conclu-
sum fuit, bene impendi DSI vitam, si ejus
iacturâ peccatum possit aboleri: sanè necesse
est, enormitatem peccati tantam esse, ut ex-
hauriat quodammodo, vel absorbeat omne in
illam potentiam, quam habet DEUS, ad aver-
sandum omne mali genus; sicut amor ille, quô
Pater æternus Unigeniti sui vitam & felicita-

N

tem

tem amplectitur, vires omnes quodammodo impendit, quas habet infinita Bonitas ad amandum, quidquid Bonum esse intelligit. Ec quis verò detestabitur satis malum illud, quod DEUM potuit occidere? Quis satis verebitur, illo malo se implicare, quod ipse DEI Filius ferre non potuit, quin sub fatali onere succumberet.

Applicabis hoc Argumentum etiam ad veniale peccatum, eò modò, quò Tertium applicari posse diximus. Perpendes autem, quomodo DEVS voluerit etiam veniale peccatum Redemptoris nostri Divino Sanguine elvi, & aboleri specialiter per omnes sanctissimz illius vitæ dolores.



CONSIDERATIO
Pro Secunda Die.

De Examine Conscientiae, & Confessione.

1. Cùm mentem ad DEUM elevaveris, indeque auxilium, ad obsecundam bene, quam aggredieris, actionem poposceris, considera, quem fructum ex Conscientia tuae examine consueto colligas, maximè cùm instrumentum sit in paucis efficax, ad acquirendam in virtutum studio perfectionem, si rectè illud instituas; instrumentum, cuius adminiculò S. Ignatius ad illum virtutis apicem, quem tandem adeptus est, potuit eniti. Quâ igitur ratione uteris tam nobili ad virtutem præsidio &c.? Quid animi ad illud affers? Quâ curâ illud obis? Quare tandem illud facis? an ex consuetudine tantum? an ut Regulæ id præcipienti satisfacias? an ut actus tuos ritè ordines? an denique ex genuino Perfectionis acquirendæ desiderio?
2. Num serio præsentem tibi DEUM statuis ob oculos, cùm ad examen accedis, ut illud facias amoris DEI studiò, coram DEO & cum DEO?
3. An meministi aliquando, quòd examen suum Divinum judicium ita debeat antevertere,

N 2 re,

II. Dies Exercitiorum.
re, ut, cùm venerit judicare Servator noster, tuum habere possit, quidquid in hoc quotidiano tuo judicio fecisti? Cura igitur, ut id hodie tibi DEVS ignoscat, quod, ne postea punituros sit, vereri debes.

4. Quàm diligenter punctorum observas ordinem? in quo deficiſ frequentius? & quare?

5. Nunquid erras, quòd non cum debita humilitate ac fervore pro Divino lumine supplices, ad cognoscenda peccata tua, & Gratiam ad ea corrigenda efficacem impetrare studas, perinde ac si cogitares, propriis te viribus, tude que investigatione satis illa agniturum, satisque horroris concepturum, ad eliminandam peccandi consuetudinem.

6. Quàm accuratè tempus ab ultimo exmine elapsum relegis? Nunquid ad aliud quaque in operibus tuis considerandum digeris, quàm ad id, quod DEO in illis displices. Num exactè totam actuum tuorum seriem per vestigas, & serium tuimē judicem agis? Tantumne curas internos mentis errores, quantulū externos; vel plus etiam curæ illis impendis?

7. Contritio satísne ex animo procedit? Intensne efficax dolendi motivum quotidie cogitatione ad peccata etiam incognita, & ad onania anteactæ vitæ errata extendis?

8. Q.

8. Quale est emendationis propositum? solūne generale illud est, an etiam particularia contingit? Curāmne adhibes emendandi omnia, & unum præsertim, aliis molestiūs, & periculosis te infestans? Tuāne magnanimitati inniti vis, quæ præponis, an Divinæ potiūs gratiæ confidis, diffisus tuæ ad Bonum amplectendum debilitati?

9. An satisfactionis tantillum aliquid Divinæ Justitiaz exhibes, ad obtinendam tremendi rigoris ejus moderationem aliquam? Annotabis, quos crassiores in hoc negotio errores deprehenderis, ut eos Confessione expies.

10. Quid animi tibi esset, si finito examine contingere te mori? Tibine & DEO tuo præsenior aliquantis per postea manes, quam antè fueras? Quem examinis effectum in te sentis reliquum? Attende hic. Nihil portendit boni, si ut primum finisti examen, unā quoque ejusdem memoriam deponis.

11. Qualis est Sacramenti pænitentiazusus? Num id balneum aliquod pretiosum ex Divino Redemptoris tui Sanguine esse judicas, quod omnes peccatorum tuorum maculas eluere, & magnos in gratia & amore DEI profectus in te generare possit.

12. Quid est causæ, quod toties illud obeas?
N , Num

Num consuetudo quædam recepta statis diebus confitendi? An metus aliquis, ne confessarius omisæ confessionis causam exigat? An ut DEUM tibi concilias? Quidquid enumeratum est hæc tenus, nondum perfectionis supremum culmen attingit. Ea mente Confessionem necesse est, obeas, ut DEO satisfacias, qui hoc à te opus desideret, ut Divinæ suæ Bonitati per illud fias acceptior.

13. Quô studiô te ad confessionem præparas? Eâne reverentia hoc opus tractas, ut si in monte Calvariæ Redemptoris tui Sanguinem ex Pedum, Manuum, Capitisque Vulneribus depluum exciperes?

14. Certumne tempus adhibes, quô peccatorum refrices memoriam, ut illa Confessario exponas? Intuerisne illa tanquam res ejusmodi, quas abominatur in te Creator, quâsque idcirco exterminari à te vult.

15. Tantumne temporis Contritioni das, quantum commissi errores tui exigunt? Colloqueris tantisper cum Creatore tuo de peccatis, quæ confiteri pergis? Parine detestatione expiari studies & alia, quæ Divina in te Sapientia agnoscit, tu verò non intelligis? Nunquid supplicas, ut hæc occulta, cum illis, quæ cognoscis, dignetur abolere? An de omnibus ge-

neratim te accusas, quæ commisisti aliquando
perperam?

16. Quale emendationis est propositum?
Satisne universale, & ab omnibus illis objectis
te avertens, quæ labendi solent esse occasio.
Talene est, ut peccata cumulatim solum, &
sine discrimine attingat? Hoc ad seriam
correctionem non haberet satis efficaciae. An
ergo ejusmodi studiisti facere decretum, quod
cujusvis peccati speciatim includeret correctio-
nem, aut illius saltem, quod frequentius te in-
festat, habitâ interim etiam vltandæ occasio-
nis ratione.

17. Recensēsne peccata cum ea, quam me-
rentur, verecundiâ? Nunquid illa, unde ma-
jor cui confusio & contemptus nasci potest, aut
dissimulas, aut leviter transilis? an verò candi-
dè illa enumeras?

18. Nunquām te excusas? Nunquid
culpam in occasiones, socios, vel aliud quidvis
reijcis? an venialium peccatorum numerum,
quantum licet, recenses? Nunquid Confessarij
times reprehensionem?

19. Quòd si recidivus es, graviusne inde-
doles ex amore DEI, qui relapsi gravius in-
dignatur, quam primis erroribus; an potius
Confessarium vereris, qui cùm Religiosus sit,

mirabitur, te in eodem statu sine profectu frumentorum hærcere?

20. Curæne tibi est, ut unum in Anno diem generali peccatorum tuorum Examini impendas, quô, quidquid per Annum deliquisti, recolas? Hæc sancta admodum praxis est, quam non omittas facile. Quâ diligentia pœnitentias tibi impositas peragis? Quin imò peccata ejusmodi pœnitentias, quæ & severæ satis, & salutares tibi sint?

